



PRÆSIDE DIVINA JUSTITIA.

# JUSTITIAM

Leg. 4. C. d. S. Trinit.

NE QUIS PUBLICE DE  
FIDE CATHOLICA CON-  
TENDERE AUDEAT.

INDULTU

MAGNIFICI ꝑꝑTORUM ORDINIS  
IN

Celeberrimâ Academiâ Noricâ

*Ad diem 20. Novembr. ANNO MDCLXXXV.*

PRO

LICENTIA DOCTORALI

Solennitèr defendet

JOHANN Gottlob Blas /

Budisâ Lufatus.

Penes Summum Lusatix Superioris Tribu-  
nal, quod ibidem est, Advocatus Ordinarius.



ALTDORFFI

LITERIS SCHÖNNERSTÄDTIANIS.





REGI REGUM

&

DOMINO DOMINANTIUM:

Studiis benedicensi,

*ut debitas Gratias solvat.*

PATRIÆ PROCERIBUS

GRAVISSIMIS

UTRIUSQ; ORDINIS, EQUESTRIS ET CIVICI,

VIRIS

PER ILLUSTRIBUS, SUMME-REVERENDIS, GENERO-  
SISSIMIS ET PERSTRENUIS:

Nec non

NOBILISSIMIS, AMPLISSIMIS, CONSULTISSIMIS  
AC PRUDENTISSIMIS:

DOMINIS SUIS GRATIOSISSIMIS, PATRO-  
NIS, FAUTORIBUS ET AMICIS ÆSTUMATISSIMIS:

ad Studia excitantibus:

*ut Eorum Gratiam & Favorem sibi ulterius conciliet.*

ET

PARENTIBUS CHARIS-  
SIMIS

Studiis necessariis sumptibus lubenti animo succurrentibus,  
*ut Temporis exacti rationem reddat.*

DISPUTATIONEM HANC INAUGURALEM

*resp.*

*devotè, submissè & decenter*

D. D. D.

JOHANN Gottlob Blasius





## JESU Gratiose Perage

Benedictione Laborem.

L. S.




Um ante Lustrum hic Altorffii studiorum causa degerem, constitueram, ante discessum ab hac Inclytâ Academia, Politicam in corpore Juris nostri Civilis contentam, publico Examine subicere, eaq; pro ingenii viribus demonstrare, Civilem Prudentiam, ex Legibus Romanis, non secus ac ex aliis Scriptoribus politicis hauriri posse, quem Laborem mihi antea in Almâ Phylurâ B. Dn. Gottfried Schilter, J. U. D. & ibidem quondam Prof. Publ. Praceptor meus post tumultum, quamdiu Spiritus hos regit artus, devenerandus, commendaverat: Nam certè Leges fulcra Imperiorum & Rerumpublicarum sunt & in iis Forma alicujus Regiminis potissimum latet. Verùm inopinata avocatio t. t. caeptam operam deserre cogebat. Postea in continuatâ elaboratione ex methodo tractandi eam magis magisq; perspiciebam, quod haec amplissima materia, in angustos quosdam Disputatiõis cancellos, haud includi possit, ideoq; longè satius sit, hâc de re, penitus tacere, quam pauca & manca conscribere, imprimis, quoniã etiam mox supervenientes forenses occupationes, tantam continuam attentionem, quam sublimitas hujus Thematis desiderat, non amplius permittebant, unde factum, quod ab incæpto destiterim & hanc operam doctiori & politiori capiti reliquerim. Quo autem ex unâ saltem appareat, quod ex plurimis Legibus Civilibus ostendi potest, & ne prorsus, quod ad Politiam Romanam spectat pratermitterem, animus me pro Licentiâ Doctorali disputaturum, ad explicationem leg. 4. C. d. S. Trinit., quâ ad promovendam & stabilendam tranquillitatem publicam immoderata & scandolosa Disputatio-



nes de Fide, sub gravi animadversione, notanter prohibentur, impulsi, eâ  
 persuasione, fore, ut hujus Legis commentatio, in hoc seculo disputaci, quo  
 quotannis ejusdem generis scripta malô omine in publicum prodire vide-  
 mus, nonnullis cordatis non ingrata, nec lectu injucunda, existeret. Fateor  
 quidem, & hanc materiam docto, cauto & discreto egere calamo, qui à me  
 ex omni parte vix expectandus erit; Cum verò in communi incendio,  
 etiam cuiq; jus & fas sit, aquam eidem restinguendo afferre, & aliqualem  
 pleniorum considerationem harum periculosarum Disputationum de Reli-  
 gione jam dudum optaverim, simul in hoc qualiquali Labore praticis Fur  
 Civ. quietem & delectationem animi quasi verim, ac hoc tempore necessu esse  
 duxerim, ut hac & similes hac de re leges in memoriam & Praxin revocen-  
 tur, aleam jeci, & si forsitan in multis vel dignitati materia vel Ben. Lect. de-  
 siderio, non satisfecerit mea tenuitas, tamen ab eo veniam eò facilius me  
 impetraturum speravi, quod nullum hic verum pracentorem vel an-  
 tambulonem, qui de hac materia, nedum ad h. Leg. ex professo scripsis-  
 set, habuerim, sed me huc pertinentia ex multis Scriptoribus sparsim  
 colligere oportuerit, materia etiam per se satis sit intricata, variisq; Theo-  
 logorum & Jurisconsultorum opinionibus & dissensionibus involuta, quo casu non-  
 nunquam exquisitissima ingenia hallucinari solent: Caterum à nemine  
 mihi objici confido, quod hoc argumentum, potius ad Cathedram Theologi-  
 cam pertinens, quasi falce in alienam messem missa, tractaverim, cum hac  
 commentatio simul ad explicationem Leg. Civilis faciat, qui labor Themi-  
 dis Cultoribus maxime competit, neq; eis sufficit, quod sint Jurisprudentes,  
 nisi & viros religiosos & pios Christianos nomine & re se praestent, Ipsiq;  
 in id, quod Conscientiam laedit, inquirant. Quid multis? utor illo Magni  
 Grotii: Si quid hic Pietati, si quid bonis moribus, si quid sacris literis, si quid  
 Ecclesiae Christianae consensui, si quid veritati dissentaneum à me dictum  
 est, id nec dictum esto. Censuram expeto placidam & equam, & si quid  
 rectius illâ edoctus vel monitus fuero, libenter  
 meliora sequar.







CAP. I.

*Protheoriam, de disputationibus Reipubl. periculosis in genere, continens.*

**D**E insigni & multiplici utilitate Disputationum multi multa hincinde scripserunt, qui omnes quasi uno ore fatentur, ex iis infinita propè commoda, ingenii, memoriæ, linguæ promptitudinis, fiduciæ &, quod omnium potissimum est, veritatis nasci, unde etiam à Theologo de orthodoxâ nostrâ Ecclesiâ & sanâ Philosophiâ optimè merito B. Dn. Danhauero *in Ideâ boni disputatoris & mali-tiosi Sophista*, & ex Jctis à Matthæo Gribaldo *in Tr. d. Methodo ac ratio-ne studendi in jure l. 1. c. 2.* non minus à Celeberrimo Saxonix Papiniano Carpz. *in Methodo de studio juris feliciter instituendo* studiosæ Juventuti maximoperè commendantur. Si jus nostrum Civile paulo attentiore oculo perlustremus, reperimus, Jctos Romanos quoque, non paucas leges nobis, conferendo varias alicujus rei sententias & disputando in utramq; partem, dedisse, uti videre est *ex l. 97. ff. d. leg. 3. l. 1. §. 10. ff. ad SCtum Turpill. l. 1. §. 9. ff. quod legatorum & Arcadius in l. 18. §. 26. ff. d. Mun. & honor.* Herennium Modestinum notando & disputando optimâ ratione decrevisse refert; imò ex disputationibus veterum Jctorum de vero intellectu legum jus ortum est, quod mediæ jurisprudentiæ nomine venit apud Justinianum §. 3. *Inst. d. Leg. agnat. Success.* & à Pomponio *in l. 2. §. 2. ff. d. O. J. communi nomine jus Civile appellatur*, utpote hoc eruditè observarunt Alexander Galvanus *ad l. 29. de liber. & Posthum. Vinn. ad cit. §. 3 Inst. d. leg. agn. success.* & ex nostratibus Jctus antiquis par Dn. Joh. Strauch. *ad Jus Justin. dis. 1. aph. 1.* Haud verò solùm ad docendam & discendam Jurisprudentiam, explicationemvè Legum, Disputa-tiones sunt utiles, sed & in Foro ad discutiendas & decidendas causas per admodum necessariæ; quid enim Judicia nostra aliud, quàm Palæstram quandam disputantium ac controversias pro & contra ventilantium exhibent? & quomodo tutiùs & feliciùs Judex veritatem rei adipisci potest? quàm si utriusq; partis argumenta videat, illaq; secundum Le-ges, Constitutiones & Mores, ceu illi *in pr. Inst. d. off. Jud. & Nov. 116. c. 2.* præscriptum est, examinet, quem modum procedendi per mutuas disceptationes adeò necessarium censet Consummatissimus Jctus D. Ca-





- 5 spar Ziegler. *in dicast. d. offic. Judic. Concl.* 27. §. 9. ut omisso illo plena  
 causæ cognitio fieri nequeat. Verum enim verò, quemadmodum opti-  
 ma Medicina, si non congruo tempore & in justa dosi, unà cum prudenti  
 exploratione qualitatis morbi & naturæ ægrotantis applicetur, non ra-  
 rò corporibus humanis pessimum venenum existit & mortem maturare  
 solet: ita etiam Disputationes, si non moderatè & cum iudicio, sed abs-  
 que omni discretione temporis, loci & materiæ fiant, animos hominum  
 tantùm confundere, in diversas opiniones distrahere & ad Civiles mo-  
 tus occasionem præbere, nemo cordatorum inficias ibit, & Testes nobis  
 hâc in re sunt Viri gravissimi, Besoldus *in dissert. de Republ. Curand. c. 5.*  
*th. 9.* B. Dn. Felwinger, hujus Athenæi Prof. Politices sat clarus, *in disp.*  
*d. Factionibus earumve Medicina. th. 16.* Dn. Winther *in Parthen.*  
*litig. lib. 2. c. 3. n. 16.* Richt. *Ax. Eccl. 85.* Bodinus *lib. 4. d. Republ. n. 482.*  
 6 ostendunt id prætereà uberrimè superioris seculi Annales, ad quos in  
 eadem causa provocat laudatus Zieglerus *in not. ad Grotii immortale*  
*scriptum de Jur. Bell. & Pac. l. 1. c. 3. th. 8. in fin.* ubi, hac occasione valdè  
 miratur, quod Georgius Buchananus, aliàs vir doctus & in Historicis  
 versatissimus, Dialogum suum de jure Regni apud Scotos, vulgi & subdi-  
 torum jura adversus Principem enixè asserentem, Regi suo Jacobo VI.  
 dedicare ausus fuerit, quem tamen postea, seriò quidem, hujus scripti  
 pœnituisse, ex Thomæ Schmidii Angliâ legimus. Quocirca egregius  
 7 Publicista Limnæus *d. Jur. Publ. l. 1. c. 2. n. 7.* omnibus, quibus de rebus,  
 quæ statum publicum concernunt, differere vulpe est, auream illam Re-  
 gulam Ulpiani *in l. 6. §. 3. d. offic. Procons. εἴτε πάντα, εἴτε πάντοτε, εἴτε πα-*  
*ρὰ πάντων,* observandam præscribit, ut neq; omnia, neq; quovis tem-  
 pore, neq; ab omnibus, exactiùs negotia publica trutinare & sub incu-  
 dem disputationis vocare, consultum sit. Nam licet non negandum,  
 8 etiam de Rebus privatis nimis subtiles & scrupulosas disputationes peri-  
 culosas esse, ex iisq; sæpè sæpiùs perniciosos errores oriri per *l. 91. §. 3.*  
*d. V. O. & l. 33. d. excus. Tut. conf. Neviz. l. 5. Sylv. nupt. n. 67. Thoming.*  
*Conf. 2. n. 56. Wesemb. Conf. 85. n. 47.* quilibet tamen facilè mihi conce-  
 9 det, quod omnium illæ periculosissimæ evadant, quæ de statu publico  
 præcipite & immoderatâ linguâ & calamo habentur, cum eo turbato,  
 non unius vel alterius Civis, sed Universorum Fortuna & incolumitas  
 periclitetur & pessumabeat; salus enim privata maximè à salute publicâ  
 dependet & pessumdatâ Republ. Privati res suas ampliùs habere salvas  
 nequeunt. *Rupertus Prof. quondam Altorffinus ad C. Vellej. Patercub.*  
*l. 2. c. 3. §. 2.* Quæ unica ratio sanè sufficeret, ut homines de sorte privatâ,  
 10 à sedi-



à seditiosis disputationibus & omnibus illis, quæ ullo modo quietem pu-  
 blicam labefactare possunt, ob eorum propriam utilitatem, ultrò absti-  
 nere deberent, quamvis & aliàs quilibet in Republ. salutem publicam  
 promovere, non tantum in foro Civili *juxt. l. 3. §. f. ff. de pecul.* sed & in  
 Conscientiæ Foro obstrictus sit. Dn. Ziegl. *ad Grot. l. 2. c. 6. §. 2.* Joh. Va-  
 lerus *d. differ. Utr. Fori sub voc. Accusatio n. 2.* Ast naturalis quædam est  
 Hominibus ad dissentiendum facilitas, indicante *l. 17. §. 6. d. recept. ar-*  
*bitr.* ita ut nihil ferè dici & statui possit, quod, licet justissimum sit, non  
 in dubium vocetur, *Sec. Nov. 44. c. 1. §. 3. Barb. Locupl. l. 4. c. 52. ax. 3.*  
*& c. 35. ax. 1.* Bodin. *l. 4. d. Republ. c. 7. p. 752.* imò Lipsius cum Senecâ  
 sibi *lib. 4. Polit. c. 3.* persuadet, fatalem esse istam, ingeniorum scabiem,  
 ut pleriq; disputare malint, quàm vivere. Cum verò hujusmodi dissen-  
 siones Civiles, secundum Imp. Alexandri Consiliarii, Jcti Ulpiani in *l. 21.*  
*§. 1. d. capt. & postlim.* Monitum, Rempubl. lædant, & uti in frontispicio  
 hujus dissertationis jam mentionem fecimus, vix fieri possit, quin ex his  
 crebris contentionibus diversæ partes resultent, quibus diversæ adhæ-  
 rent atque sic mutuis erga se pugnis stimulati, diversa judicia, Odiâ, Con-  
 vitia & calumniæ nascantur, quæ ad Intestina bella prima fundamenta  
 ponunt & non rarò, maximè si disputandi libido etiam legibus & statu-  
 tis Magistratum non parcit, totius Reipubl. Mutationem & interitum  
 causari possunt: *vid. Schooker, d. sedit. lib. 1. c. 1. & 2.* quod ipsum subo-  
 luit quoque nostro Baldo, quando ad *l. unie. C. d. Caduc. toll.* ait, Partia-  
 litas in Civitate, est tanquam vermis in Caleo. Hinc Viris politicis sem-  
 per invisæ & ab omnibus propè populis sæverissimè prohibitæ fuerunt,  
 quod prænominatum Lumen Belgii Lipsius in *lib. advers. Dialog. p. 64.*  
*seqq.* it. cit. Bodin. *l. 4. c. 7. p. 713. seqq.* annotant, Imp. etiam noster  
 Gloriosissimus Justinianus duas notabiles de hæc re leges Codici suo re-  
 pet. prælect. inseruit, quarum una *l. 3. C. d. Crimin. Sacril.* Constitutiones  
 & Potestatem Principum pro lubitu in dubium vocare, altera *l. 4. C. d.*  
*Summ. Trinit.* nimias & contentiosas Disputationes de Religione, vetat.  
 Nam juxta Philosophum Aristotelem, docente Dn. Jo. Schilt. in *tr. suo*  
*eruditissimo de Libert. Eccles. Germ. c. 1. §. 12.* Quævis Respubl. duabus  
 constat partibus primariis, Civili & Sacra; vel ut laudatissimus Impera-  
 tor Nov. 6. pr. loquitur, Imperio & Sacerdotio, quæ duo, si se rectè &  
 competenter habeant, bonam constituunt consonantiam, omne, quic-  
 quid utile est, humano generi conferentem, per *cit. pr. Nov. 6.* quam Pe-  
 trus de Marca peculiari tractatu de Concordia Sacerdotii & Imperii no-  
 bilitavit: Huc pertinet illud Martialis Britannici, Owen *l. 3. Epigramm.*  
 196.

Lex



Lex & Religio junxerunt foedera: pravas

Hæc hominum mentes comprimit, illa manus.

- Pariter illud proverbium politicum, Respubl. tandiu florere, quamdiu
- 18 Moyſes & Aaron fratres manent. Hunc finem & felicitatem optatæ Unio-  
nis & mutæ Harmoniæ, Sacerdotii & Imperii, ut aſſequerentur Imp-  
Romani, & ne hoc vinculum ullo modo reſcinderetur vel una pars in  
præjudicium alterius corrumpetur & inquietaretur, quod per tales  
periculofas contentiones facillimè fieri poteſt, hiſce duabus ſaluberr-  
mis ſanctionibus præcavere & hanc nocivam diſputandi pruriginem re-  
19 frenare voluerunt. Utraq; verò, cum grano ſalis, ut dicitur, accipien-  
da eſt, nec nimis laxa nec nimis ſtriſta interpretatio hîc locum invenit.
- 20 Quod l. 3. C. d. Crimin. Sacrileg. concernit, quam Papa Innocentius II.  
*can. ſiquis ſuadente 29. §. committunt. q. 4. c. 17.* ſecutus eſt, attinet, non-  
nulli ſibi imaginantur, vi hujus Legis de Principum poteſtate & placitis  
diſſerere ſub atroci pœna ſacrilegii indilcriminatim prohibitum eſſe, &  
adeò de diſputationibus quibuſcunq; ſiniſtrum ferunt judicium, ut Jctos,  
leges præſertim publicas in controverſias trahentes, Sycophantas, eo-  
rum autem Jurisprudenciam Cavillationem & calumniam exclamare,  
non erubescant, quos meritò perſtringit Arum. *in pr. Diſc. Acad. 9.*
- 21 *Limn. l. 1. c. 13. n. 39.* Multi è diverſo hanc legem, quaſi unicè ingeniis  
ſervilibus, non liberis hominibus, quibus in liberâ Republ. liberè loqui  
liceret, præſcripta ſit, planè flocci pendunt, & ſe nunquam ſacundos &  
animofos putant, niſi Regum ac Principum præcellentiam procaciter  
ſollicitent, vel Majeſtates earumvè facta audaci cenſurâ reprehendant  
& arcana ſtatus publicè ſtylo injurioſo Calumnientur & paſſim tradu-  
22 cant, qui juxta Perſonatum illum Pacificum à Lapide *in ſtriſturis ad*  
*Monzamb. diſc. 8. §. 4.* non ſolùm intemperantiæ Civilis notam haud ef-  
fugere poſſunt, ſed & in Pandectis Sacris 2. *Pet. 2. verſ. 9. & 10.* expreſſè  
extremo judicio ad ferendas juſtiſſimas pœnas reſervantur, quia Crimini  
Sacrilegii hoc modo abſque dubio ſe alligant, quod utique is committit,  
qui Sacræ Majeſtati conceſſa ſacrata jura diſputando legit, id eſt, auto-  
re Feſto, furatur, *Limn. diſc. c. 13. n. 39.* Sacrilegiuſ enim, quaſi rei ſa-  
23 cræ legium, hoc eſt, Furtum dicitur. *Decian. tr. Crim. 14. tit. d. Sacril.*  
*n. 9.* Alii dictam legem quidem omnibus commendatam eſſe volunt, ve-  
rùm illi tot limitationes & exceptiones annectunt, ut vix caſus aliquis  
fingi poſſit, quo non Principum aſtiones liberè in controverſiam ducere  
permiſſum ſit, quarum ſeptem ex Cravett. *Conf. 241. n. 20. Conf. 296.*  
*n. 3. Menoch. Conf. 208. vol. 3. n. 50. Salyc. Comm. ad b. l. n. 2.* aliis que  
colle-



collegit Ludovicus Rudolphini de Sablonetta in *Tr. d. Suprematu sive absolutâ Principis potestate Concl. 9.* quos autem à præcedente Cohorte parùm separandos esse arbitror. Mihi semper magis iudicium supra cum encomio citati Limn. de hac Lege arrilit, ubi *d. l. Cum Topio de potest. Princip. §. 7. n. 17. p. 51.* inter potestatem & usum potestatis, sive inter potestatem, quam Princeps, vi Legum fundamentalium alicujus Regni vel Republicæ, habet, & potestatem, quali ille utitur, ingeniosè distinguit, ratus, non si de illâ quis disputet, sed si quis de hac temerario ausu dubitet, criminofum esse, cui explicationi etiam Dn. Carpz. in *pres. comment. ad L. Regiam* calculum suum adjicit. Deinde omnibus, ut opinor, placebit, acuta & nervosa Responsio Lipsii ad Dialogistam suum Diodorum in *lib. d. una Relig. p. 66.* Disputationes, inquit, damno, non: Si in loco, si inter idoneos, si cum modo usurpatæ. Locum censeo, Scholas, Academias, Collegia; Idoneos, rerum sacrarum & Philosophiæ peritos: Modum, ut contentio & nimia subtilitas absit. Nam quod in Academiis, de negotiis etiam publicis jam transactis differere, fundamenta Jurispublici, Legesque modestè & submissè profiteri, deque iis sine calumniis & invectivis ad informationem Studiosorum Juris & ad Civilis prudentiæ, cujus scientiâ Jctus sine vitio carere nequit, explanationem, disputare permissum sit, *ex proæm. Inst. §. ult. & auth. habita C. ne filius pro Patre* haud obscurè elucet, & jamdudum argumentis fortissimis Limn. *d. Jur. Publ. l. 1. c. 2. Arum. ad Aur. Bull. disp. 1. th. 1. & tom. 1. Disc. acad. 13. Concl. 1. Besold. in Templo Justitia q. 1. Carl. ab Hagen instit. Jur. Publ. l. 1. c. 1. n. 3. Carpz. Jurisp. Eccles. l. 2. def. 407.* adversus dissentientes masculè defenderunt & propugnarunt: quæ verò inter Sacram Cæsaream Majestatem, Statusq; Imperii aut etiam inter ipsos Status adhuc controversa sunt & in altiori Statuum indagine ac ventilatione, secundum eorum Status rationem, consistunt, de his fileant Cathedræ Universitatum, cum id ipsum non privatum, sed publicum negotium Imperii sit, de quibus homines privati de Schola nihil determinare valent. *arg. art. 5. §. 17. Instrum. Pac. Cesar. Suec. vid. Dn. Fibig. in Select. jur. publ. Semidec. 1. q. 4. n. 9. Dn. Philipp. in Obs. ad Proæm. Decis. Elect. Sax. n. 21. 22.* Und ist gewiß daß diese Leute bey Churfürst. und Ständen grossen Schaden thun / auch disfalls auf beyden Seiten viel pecciret wird: dicit Autor Discursus, ob es heilsam und nützlich sey / im H. Röm Reiche Uniones und Bündnisse auffzurichten? Abusus igitur non usus tollendus, exemplo Medicorum, qui propter vitiosos & peccantes humores ipsum corpus non destruunt. Petrus Syring *d. Pac. Relig.*



- fig. concl. 54. th. 6. circ. fin. Keckerm. l. 1. pracogn. Philosoph. c. 4. p. 82.*  
 nam & rerum præclarissimarum maximus sæpè abusus est. Dannh. *in*
- 31 *Idea boni disput. & Malit. Soph. Sect. 1. art. 1. §. 2.* Disputandum est, sed cum selectu Materiarum, & moderatè, more veteris Scholæ Socraticæ, in qua, cum alter dixisset, quod vellet, alter modestè contradicebat, in hunc finem tantum differentes, quo magis investigaretur veritas & diversa simul collata, facilius intelligerentur. Calv. *Lexic. Jur. sub. voc. disputat.* præcipuè in discursibus de Principum Juribus & Regalibus verbis temperatis aut sericis, ut agebat Mater Artaxerxis, opus est, qui verò hoc dono, linguam & calamum pro qualitate causæ prudenter gubernandi, destituti sunt, consultius agunt, si Olympum secretorum Status, undique fulminibus & fulgetris circumdatam, scandere intermittant, & confiderent secum illud tralatitium, difficile esse scribere contra eos, qui possunt proscribere, ne per tales inconsideratas & audaces disputationes, sibi, Concivibus, totique Reipublicæ infortunium concitent, monente
- 32 *Limn. d. tr. l. 1. c. 2. n. 6.* Etenim discursus de Statu, magnorum sunt stomachorum, inquit prudens Politicus Perez. *in aphor. fol. 70.* Sed frustra Jcti & Politici has disputatiunculas disuadent, fortè frustra quoque Magistratus Civiles huic malo nudis, quamvis sæverissimis, Legibus occurrere student, ceu hoc experientia, optima rerum Magistra, hucusq; pro dolor! satis docuit, nî simul Basis & vinculum omnium Legum Religio cooperetur, & ventosis istis ac inquietis ingeniis ante oculos ponat, quam mortale peccatum sit, Magistratui suo sive per directum sive per indirectum resistere, & quod etiam Leges Civiles in conscientia obligent. *Rom. 13. vers. 1. & 1. Petr. 2. v. 13.* Magnif. Dn. Struv. *in Syntagm. Jur. Civ. Ex. 2. th. 13.* Hugo de Roy *tr. de eo, quod justum est, lib. 2. t. 2.* Osiander ad Grot. *l. 1. c. 1. th. 14. Obs. 2. Horn. l. 4. Philos. Moral. c. 3. n. 43.* Quid autem? si ipsa Religio in dubium vocetur, & illam cujusvis rigeroso examini subiacere oporteat, de qua semper Politicorum opinio fuit, quamvis pernicioso Atheistarum exemplo eam pro mero politico invento æstimaverint, quod omnium optimè tam supremam potestatem, quam subditos intra regiones officii continere (*Lips. Polit. 2. c. 3.*) ac homines qui nec vi armorum nec facultate dicendi duci velint, metu Numinis & æternorum cruciatuum ad obedientiam adigere possit. Jan.
- 37 *Bodin. de Republica l. 2. c. 5. Carpz. d. L. Reg. Germ. c. 2. Sect. 1. n. 19.* Certè infirmatâ hac anchorâ, Reipubl. navis sensim in Syrtes & Scopulos diversarum Sectarum & motuum Civilium allidet ac tandem naufragium faciet; quod pluribus & pro more eleganter notat Hispanorum Politicus



liticus Didacus SAVEDRA *Symbol.* 24. conf. Arniseum *lib. 2. d. Majest. c. 1. n. 369.* Quare non immeritò *in l. 43 §. f. ff. d. relig. & sumpt. fun.* pro summa ratione habetur, quæ pro Religione facit, utpote à qua, ceu oculo Rei publicæ, dicitur dependere omnis felicitas, æterna & temporalis, daran die zeitliche und ewige Wolsarth hanget / *Recess. Imp. de anno 1557. §. 1.* quod parili modo Imp. cum Statibus *in Recept. Imperii d. anno 1541. §. 15.* probè agnoscunt, in verbis, So haben wir abermahls den Punct der strittigen Religion / als den vornehmsten und hochwichtigsten vor die Hand genommen / darauff gemeiner Teutscher Nation Wolsarth beruhet / ut inde quilibet Disputationes de Religione, si promiscuè nimis frequententur, pro longè pestilentioribus, supra commemoratis, mecum reputaverit, cum per illas, uterque Status secularis & Ecclesiasticus, qui quasi duæ stellæ polares hujus Orbis Politici sunt, ex angulo suo moveantur & ejiciantur, quarum Disputationum notabilem prohibitionem per Imp. Marcianum *in l. 4. C. d. S. Trin.* earum vé perniciosum effectum paulò fusiùs & pro ingenii facultate accuratiùs in sequenti capite delineare, nostri est instituti; Lux Veritatis & fons Justitiæ in altissimis habitans, animum calamumque regat, & ad lanæ in SS. Bibliis fundatæ Jurisprudentiæ normam flectat, ut ab omni errore in causa hac ardua non tantùm tranquillitatem Reipubl. sed & Conscientiæ concernente longissimè absim & inter tot varias Theologorum, Jctorum & Politicorum sententias, mediam viam, Tibi Triuno DE O placentem, arripiam.

38

39

40

CAP. II.

*Exegesi in Leg. 4. Cod. d. S. Trinitate, & ut nemo publicè de Fide Catholicà contendere audeat, consinens.*

VERUM & Christianis Imperatoribus dignum axioma politicum est, quod Impp. Theodosius & Valentinianus *in l. 3. C. d. Summâ Trin.* tanquam pro Regulâ rectè & feliciter regnandi, sibi proponunt: arbitramur, dicunt, decere nostrum Imperium, subditos nostros de Religione commonefacere, ita & pleniorè acquiri DEI ac Salvatoris nostri JESU CHRISTI benignitatem, possibile esse existimamus, si quando & nos, pro viribus Ipsi placere studuerimus & nostros subditos ad eam rem instituerimus. Hic piissimus Imp. Theodosius, cognomine Magnus, ad exemplum Sanctissimi Regis Davidis *1. Paral. 29. v. 9.* & Matathiæ, Hebræorum Ducis *1. Machab. 2. v. 49.* jam moriturus, filios suos, Arcadium & Honorium, ardenti quoq; oratione & affectu seriò per salutem ipso-

3

2



ipsorum & Reipubl. cohortatus est, ut suum exemplum insequentēs hoc sibi unicè curæ esse vellent, quò Fidei & pietatis Doctrina pura & incorrupta conservaretur & ad posteros propagaretur; in eo conatu nullis laboribus ac sumptibus parcerent: Nam in hoc uno summam felicitatis esse positam; hacq; ratione unicâ nec ullâ aliâ rectè firmari Pacem, confici bella, erigi trophæa & parari victorias. *tradente Theod. Hist. Eccl. l. 5. c. 25. Christian. Mathiâ, Theologo famigeratissimo, quondam Prof. Altorff. in Theatro Hist. ad vit. Theod. M. c. 1. & præ aliis gloriôsè Ambros. in Orat. Funebr. h. Imp. Theod. quam allegat Ant. Faber, Consiliarius olim Schwartzb. in tr. de Relig. regendâ in Republ. l. 2. c. 5. n. 175. quod illi Israëlitarum fortissimi Heroës Josua & Judas Machabæus proprio experimento didicerunt. Jos. c. 23. v. 10. 2. Mach. 15. v. 27. Conf. Saveria Symb. Polit. 26. p. 194. & Schook. tr. d. sedit. l. 3. c. 1.* Ubi eleganter, quantum pietas & vera Religio ad felix Reipub. regimen conducatur, differit. Horum laudatissimorum Impp. & Heroum vestigia laudabiliter secutus est, Marcianus Imp. Romanorum, à Julio Cæsare LIII. qui durante suo imperio omnes suas cogitationes eò direxit, ut multiplices dissensus circa Religionem sopiret & Christianæ Ecclesiæ exoptatam Concordiam relinqueret, attestantibus propriis Papæ Leonis I. ac aliorum Patrum coævorum Epistolis & publicis in Concilio Chalcedonensi factis præconiis, quæ passim penes Binium *in Historiâ hujus Concil.* leguntur; quâ piâ intentione & voto etiam propositam *l. 4. C. d. Summ. Trinit. (in editione Noricâ Haloandri l. 3. est.)* promulgavit & quosvis sub sæverissimis animadversionibus eam observare jussit; illa verò quoad verba sic se habet:

Imp. Marcianus A. Palladio præfekt.

Nemo clericus, vel militaris, vel alterius cujuslibet conditionis, de fide Christiana, publicè turbis coadunatis & audientibus, tractare conetur in posterum, ex hoc tumultus & perfidiæ occasionem requirens. Nam & injuriam facit judicio Reverendissimæ Synodi, si quis semel judicata, ac rectè disposita revolvere & publicè disputare contenderit, cum ea, quæ nunc de Christiana fide à sacerdotibus, qui Chalcedone conveniunt, per nostra præcepta statuta sunt, juxta apostolicas expositiones, & instituta sanctorum patrum trecentorum decem & octo in Nicæa, & centum quinquaginta in hac regia urbe definita esse noscantur. Nam in contemptores hujus legis poena non deerit: quia non solum contra fidem verè expositam veniunt, sed etiam Iudæis & Paganis ex hujusmodi certamine prophanant veneranda mysteria. Igitur, si clericus erit, qui publicè tractare de religione ausus fuerit, à consortio clericorum removebitur, si verò militiâ præditus sit, cingulo spoliabitur; cæteri autem hujus criminis rei, si quidem liberi sint, de hac sacratissima urbe expellentur, pro vigore judiciario etiam competentibus suppliciis subjugandi; si verò servi, severissimis animadversionibus plectentur. Dat VIII, Id. Feb. Constant. Patricio Conf. & Richimer. 459.

Autor



Autor hujus constitutionis Marcianus, è humili Thracum genere, & quidem secundum *Evagrium lib. 2. Hist. Eccles.* Patre milite natus, penes militiam educatus, tandem ob res præclare gestas, præviis admirandis futuri Imperii præfagiis, cum Aquila bis super caput Ejus expansis alis volitans visus fuerit, ab hac propè infima hominum sorte, ad hoc summum Honoris culmen, imperatoriam dignitatem, pervenit: *vid. Stratm. in Theat. Hist. Exit. Christ. 7. p. 489. & Mathia Theatr. Hist. ad vit. huj. Imp. c. 1. & 2.* Et sanè magno cum Ecclesiæ fructu: Postquam enim Ei, post obitum Theodosii Imp. voluntate Pulcheriæ, quam, mirando exemplo sub lege perpetuæ continentiæ in matrimonium ducebat, ex Senatus Consulto Imperium delatum fuerit, & Ecclesiæ statum per varias Hæreses ac novissimè per Sectam Eutychianorum miserè turbatam viderit, haud duntaxat actutum contra Eutychianos Edictum de renuncianda hæresi publicavit ac Episcopos loco suo pullos revocavit, sed & anno post nativ. Christ. 451. Chalcedone, in Bithyniæ metropoli, prope Constantinopolim, in altero Bospori Thracici littore, sita, Concilium edixit, illiq; Ipse, non attento, quod adulator Romanæ sedis Franciscus Longus à Coriolanus *in Summa omnium Conciliorum pag. 386.* dissentiat, præfuit, & Reverendissimos Patres, posteaquam ante cancellos altaris in Euphemiæ Martyris templo consedisent, eleganti & magnificè allocutus est oratione, quam recenset Dn. Ruellus *in Histor. Concil. period. 3. pericop. 5. Ex. 36. p. 554.* ex quâ inter alia hæc præscripta norma procedendi in h. concilio notatu digna est, quod, ait, *scil. compositio dissidii circa Religionem*, ut factu vobis facilius sit, legem vobis propono, ne quis aliter de Personâ Salvatoris & Domini nostri Jesu CHRISTI disputare audeat, quam ut in formulâ fidei trecentorum octodecim Nicææ quondam definitum est. Effecit quoque tandem suâ autoritate & præsentia, ut post tredecim Confessus, *juxta Dionys. Petaviû in Ration. temp. l. 6. c. 19. p. 392.* Symbolum plurimorum Consensu compositum & publicatum fuerit, cujus venustissimum pariter & vetustissimum Manuscriptum Græcum, *referente alleg. Ruello. cit. loc.* in Bibliothecâ publicâ, Basileæ, in Celeberrimâ Rauracorum Academia, videre est. Et hoc Concilium Oecumenicum IV. vocatur, cui 630. Episcopi interfuerunt, qui Eutychetis Archimandritæ v. Abbatis Constantinopolitani confusionem duarum naturarum in Christo ac Ejus defensorem Dioscorum, Cyrilli in Episcopatu Alexandrino successorem, cum nefandâ doctrinâ Nestorii damnarunt, simulq; tria præcedentia



- dentia Concilia Oecumenica, Nicænum 1. Constantinopolitanum 1. & Ephesinum confirmarunt, *c. canones generalium 1. dist. 15. l. 23. C. d. Episc. & Cleric.* quæ tria Concilia cum hoc Chalcedonensi tanti æstimat
- 8 Justinianus Imperator, ut *Nov. 131. c. 1.* illorum dogmata, sicut Sacram Scripturam, accipienda & Regulas, sicut leges, observandas esse velit, quia scilicet cum sacris literis apprimè conveniunt, *ita explicante Rittersh. inter Prof. Altorffin. Clarissimo p. 1. Nov. c. 2. n. 17. & Dn. Walch. in Postill. Theo. jurid. Politicâ. ad Dom. Cant. §. 156. & B. Gregorius c. sicut sancti 2. cit. dist. 15.* dicit, in his, velut in quadrato lapide, sanctæ fidei structuram atq; cujuslibet vitæ atq; actionis normam consistere; orientalis quoq; Ecclesia hanc Synodum Chalcedonensem in memoriam tanti beneficii, propter damnationem perditissimæ hæresis, quæ sacræ incarnationis Mysterium abolere præsumperat, anniversariâ celebritate consecravit, sicut commemorat *Spondanus ad ann. Christ. 451. n. 54.*
- 10 Quamvis autem Marcianus noster, finito Concilio hoc Universali & publicato Decreto, dulcissimâ spe lactaretur, sic tandem finem tot litium & dissensionum circa articulos fidei extitutum, haud tamen illum fugebat, quod anathemata trium priorum conciliorum neutiquam efficere potuerint, quin à scrupulosis & inquietis ingeniis nova dubia & dogmata proposita & defensa essent, nam eo tempore illud tritum proverbium, *je gelehrter/ je verkehrter/* erat veriverbium, & quicumq; in vocibus exiliter ad Calculum revocandis acuti videri volebant, peculiare dogma scribebant, veluti *Socrates l. 5. c. 10. Hist. Eccl.* disertè testatur, ideò has scrupulosas disceptationes ceu fontem & scaturiginem omnium novitatum publicò Edictò, ex quo Lex nostra desumpta est, coërcere necessum esse duxit, & id Actis Chalcedonensibus inserere præcepit, *Gottfr. in not. ad h. l. 4. ubi quoq; penes Binium part. 3. concil. Chalced. n. 3. p. 476.* reperitur. Habuit quidem nihilominus hoc Concilium, quod non simulandum est, suos impugnatores sat acerbos, *de quibus cit. Binium in not. ad h. Concil. p. 552. lit. c.* sed semper cum magno gloriæ & celebritatis augmento: nam quantò illud Hæretici gravius accusarunt, tantò eam viri sancti fortius defenderunt. Extat in Bibliothecâ SS. Patrum Leonitii Byzantii inter alia scriptum apologeticum haud vulgare, quod auctoritatem Concilii Chalcedonensis egregiè tuetur, illud curioso lectori exhibet *sup. cit. Ruell. d. 11. p. 484.* Prætereà ex *Evagr. Hist. Eccl. l. 2. c. 10.* legimus, quod triginta septem Metropolitanî orientales, ad Leonem Imp. anno 457. rescripserint: Chalcedonensem Synodum usq; ad sanguinem vindicandam esse, eò quod non alteram fidem teneret, quam
- Syno-



Synodus Nicæna constituit; Quæ etiam ad nostra usque tempo-  
 ra pro purâ & orthodoxâ reputatur & itidem in Ecclesia nostrâ  
 Evangelico-Lutheranâ in decidendis Controversiis Fidei attendi-  
 tur & observatur. *vid. Schilt. Synops. Jur. can. l. 1. tit. 2. §. 13.*  
 Summam hujus Legis Justinian. Imp. Rubricæ suprâ *nom. tit. 1. lib. 1.* 12  
*Cod. rep. pralec.* adjecit, cujus singula verba maximè sunt emphatica;  
 dicit, de Summa Trinitate & Fide Catholica, & ut nemo de ea publicè  
 contendere audeat. Per Fidem Catholicam non denotatur illa, quam 13  
 moribus hodiernis Pontificii sibi propriam faciunt. Nam Fides Catho-  
 lica non est peculiaris uni sectæ, ipso fatente Viro Catholico Alberico  
 Darresio, *Jcto Hispano, in Erotem. ad h. t. Cod. p. m. 17.* sed componitur  
 vocabulum τὸ Catholicus ex κατὰ, quod, secundum, juxta, per & in signi-  
 ficat, & ὅλος, i. e. totus, integer, perfectus, inde κατ' ὅλου, universaliter,  
 ceu hoc idem Darresius *c. l. ex Isidori lib. 7. Etymol. c. 14. deducit.* add. B.  
 Dn. Hülsem, *Manual. Aug. Conf. Disput. 6. q. 3. Musæi Disp. d. Ecclesiâ 5.*  
*th. 5.* ut ita per Fidem Catholicam, Fides universalis in sensu suo genui-  
 no & proprio intelligatur, quæ etiam *l. 2. §. 1. h. t. Religio Catholica, l. 3.*  
*§. 3. Orthodoxa, l. 2. §. 1. intemerata, l. 5. pr. recta & irreprehensibilis &*  
*in l. nostra 4.* Christiana vocatur, cujus veneranda Mysteria (sive arti-  
 culos fidei, Gottofr. *in not. ad Rubr. h. t.*) Judæis & paganis disputando  
 profanare, hîc interdicitur; Non secus Imp. voc. nemo, notanter 14  
 usurpat, quò omnes tam clerici quàm Laici à temerariis hisce disputa-  
 tionibus arcerentur, quod alioquin *in Jur. Can. c. quicumq. 2. d. Heret. in*  
*6to* tantùm ad Laicos restrictum, Clericis autem, licet sæpè indocti fra-  
 tres sint, indistinctè permissum est, attamen & hos, hoc modo se peri-  
 culo errandi exponentes, contra Legem naturalem peccare, ipsi Cano-  
 nistæ apud August. Barbol. *ad cit. cap.* haud inficias ire possunt. Porro 15  
 etiam probè attendendum, quod hic tantùm publicæ Disputationes in  
 prohibitionem veniant, utpote quæ ratione effectûs privatis sunt pejo-  
 res, ut ait vetus Jctus Gutringarius *ad h. l.* longè magis enim palam de-  
 linquentes offendunt Rempubl. magis tribuunt aliis scandalum, magis  
 contemnunt judicialem autoritatem & publicas Leges parvi pendunt,  
 magisque exhibent aliis malum exemplum, Farin. *in prax. Crim. p. 1. q.*  
*18. n. 71.* Nec facilè Magistratus de privatis Disputationibus notitiam  
 acquirit, vel etiam in eas maximoperè inquirere solet, quoniam vix pu-  
 blicas impedire potest: quâ In parte tamen Pontifices iterum dissen-  
 tiunt & rigidiores reperiuntur, cum hanc prohibitionem *in cit. cap. 2.*  
*d. Heret. in 6to* expressè etiam ad privatas extendant. Deinde quoque 16

Πνευματικὴ



- ἄνευ φη* habet contendere, i.e. contentiosè disputare; nimirù, ut quis disputet de Fide in Scholis vel cum discretis, inquirendæ veritatis causâ, vel ut intelligat, quæ tradita sunt de Fide Catholica, & sciat reprobare errores Hæreticorum, hoc juxta Azonem, quem citat alleg. Darres. p.m. 19. non reprobandum, sed potiùs commendandum est, ut de Fabiano prædicatur in l. 23. C. d. Episc. & Cleric. & in l. 6. C. d. Hæret. & Manich. haud obscurè permittitur: de quibus omnibus infra suo loco fuliùs, hæc ad sumam Legis sumariter adducta jam sufficiant. Priusquam verò, ad ulteriorem explanationem textus & præprimis rationum, quæ Magistratum Civilem ad prohibitionem harum Disputationum movere debent, accedam, primùm dispiciendum erit, an etiam Potestati Civili talem Legem, de re ad Ecclesiæ tranquillitatem spectante, dare competat? quod nî resolverem, autoritas & vis obligandi Legis nostræ in ambiguo esset, omnemque in sequentibus perderem operam, juxta Monitum Magni
- 17 Grotii in tr. d. jur. Summ. Potest. circ. sacra. Et hoc quidem omnes, qui triplicem Coronam Romani Pontificis, in præjudicium veritatis, nimis superstitiosè reverentur, acerrimè negant, quibus tamen actutum ex ipsis canonibus, præcipuè can. 22. dist. 63. quem sine pudore vix intueri possunt, contrarium demonstrare valemus, cum ibidem Hadrianus Papa cum universa Synodo, Romæ, in Basilica S. Salvatoris congregata, Carolo M. jus & potestatem, non tantum Leges circa sacra ferendi, sed, quod magis est, ipsum Pontificem eligendi dederit, Archiepiscopos quoque ac Episcopos per singulas provincias investituram ab eo petere jusserit; quod jus deinde Leo Papa Othoni Imp. & ejus successoribus in perpetuum confirmavit, ceu hoc dilucidè ostendit can. 23. cit. dist. 63.
- 18 Contra hos Canones quod proferre possent Romanenses, nihil adest, quam quod eos Cæpolla d. cognit. libr. Can. n. 18. aliique Pontificii Dd. imprimis Baron. ad ann. 774. n. 13. & ann. 964. n. 21. & 22. falsitatis arguere conentur, sicut & Celebris Romanæ sedis Ejusve Jurium propugnator Cardin. Bellarminus in tr. d. Script. Eccles. verb. Gratianus, propterea graviter in Gratianum invehit, vid. Tabor d. Regim. Eccles. th.
- 19 23. Sed, ut taceam falsitatem à Gratiano, tanquam Monacho Bononiens. qui aliàs Pontificum autoritatem maximè extellere studuit & juramenti vinculo ad id obstrictus fuit, non præsumi, præcedentes etiam Canones 17. 18. 19. cum supra cit. exactè convenire, satis crediderim, Gratianum esse defensum ab Arnis. in tr. d. transl. Imp. c. 7. n. 2. & d. jur. Majest. l. 2. c. 6. n. 10. & Dn. Carpz. ad L. Reg. c. 2. sect. 4. & 5. Tanta igitur vis veritatis est, ut interdum etiam ex invitis præcordiis effervere
- scens



scens, tanquam perfractio saxo erumpat: Haud tamen ex his colligendum est, quali Impp. aliæq; summæ Potestates hoc jus demum ab his Pontificibus accepissent, ut vult Gloss. *in c. in Synod. in fin. dist. 63.* sed illud in ipsâ Sacrà Sripturâ satis fundatum habent, in quâ Magistratus dicitur Nutricius Ecclesiæ *Es. 49. v. 23.* Constitutus ad Muros Ejus ædificandos *Es. 60. v. 10.* & ad restaurandas templi ruinas *2. Reg. 12. v. 10.* nec non Pastor Populi *Es. 44. v. 28. Jerem. 49. v. 19.* & Apostolus ad *Rom. 13. v. 1.* omnem animam, consequenter etiam Pontifices cum suis Clericis, potestati sublimiori subditam esse jubet. Nec desunt Exempla Regum veteris Testamenti, qui de rebus sacris, DEO præcipiente & approbante, disposuerunt. *2. Reg. 12. v. 5.* Joas de pecuniâ in templum illatâ cavet & *v. 7.* Sacerdotes officii sui admonet: David non solum arcam fœderis in Civitatem reduxit *2. Sam. 6. v. 12. 1. Chron. 16. v. 12.* sed & constituit Cantores, ut dulcia Ejus Cantica decantarent. *Eccles. c. 47. v. 11.* Imò Hiskias reformationem templi & cultus divini instituit. *2. Chron. 29.* quibus textibus jung. Magni quondam Jenensium Professoris & Theologi Dn. Gerhardi *Tom. 6. loc. d. Magistr. Polit. it. Dn. Ziegl. d. jur. Majest. disp. 5. th. 58. Brunn. d. jur. Eccl. l. 1. c. 22. Carpz. Jurisp. Eccles. l. 1. def. 1.* Accedunt porro etiam Veterum Imperatorum Romanorum, qui, antequam superstitione & nota illa Hildebrandiana Hierarchica Tyrannis potestatem illorum labefactaret, semper in justa possessione hujus juris fuerunt. Non dicam jam de illis, qui in Gentilismo regnarunt, quorum facta & acta ad curam Ecclesiasticam, vel magis Idololatriam, spectantia Autor *docta Diss. d. Jur. Stat. circ. Sac. Francof. ad Viadrum anno 1675. sub Præs. Dn. Rhetii habita,* ab incunabulis Urbis Romæ & Ejus primo Rege Romulo, ex Græcis & Latinis scriptoribus, accuratè recenset & delineat, in quo labore tamen Ei Magnus Grotius *d. tr. d. jur. Sum. potest. circ. Sacr.* multò præivit: Sed satis erit, si impræsentiarum tantum Imperatores Christianos commemorem, de quibus generale effatum Socratis *l. 5. Hist. Eccl.* habemus, ex quo, inquit, Christianismum profiteri cœperunt Imperatores, res Ecclesiæ ab ipsis pependerunt; quod ipsi nonnulli cordatiores Scriptores Pontificii haud negare desiderant, inter quos Paganin. *Gaudent. lib. d. Justin. Secul. Morib. c. 4. p. 1.* Doctus Archiepiscopus Spalatensis Marc. Ant. de Domin. *in tr. d. Republ. Eccles. l. 6. c. 4.* Guil. Barclajus apud Goldastum *in Monarch. S. Rom. Imp. tom. 3. tr. d. potest. Papa. c. 33.* & Joh. Petr. d. Ferrariis *in Prax. t. 30. gloss. 7. n. 2. seqq.* qui præ aliis animosè c. l. in hæc verba erumpit: vides, quod ipse Papa, qui deberet, tanquam verus

C

vica-



vicarius, vestigia sequi Jesu Christi, possidere & manu armatâ nititur  
 detinere jurisdictionem in terris, civitatibus & villis & locis, quæ sunt  
 naturaliter & à Mundi creatione & Christi ordinatione Imperii Roma-  
 ni. Imò ipse Papa in ipsum Imperatorem nititur superioritatem habe-  
 re, quod ridiculum est dicere atq; abominabile audire. Nam naturaliter  
 à principio Mundi omnes Clerici, nedum Laici, erant sub potestate &  
 Jurisdictione Imperii, sed ipsorum Imperatorum dulcedine & benigni-  
 tate fuerunt Clerici dimissi sub potestate Papæ, & beneficium hoc, tan-  
 quam ingrati, sciunt malè cognoscere. Hactenus nobilis Scriptor de  
 Ferrariis, quem edecumatus Jctus, Magnif. D. HAMMER, in hac Acade-  
 mia Antecessor Jur. primarius & Reipubl. Norimberg. Consiliarius Gra-  
 vissimus, Patronus & Doctor meus desideratissimus ac honoratissimus, ex  
 25 instructissima sua Bibliotheca, in dis. d. Collectis. Cleric. & forens. allegat.  
 Nonne Imp. Gratianus, Valent. Theodol. l. 1. C. d. S. Trin. de fide Tri-  
 nitatis tenendâ præceperunt & hos Catholicos, dissentientes Hæreti-  
 cos, appellari voluerunt? nonne Constantin. Imp. Concilium Nicæ-  
 num, ut Marcianus Chalcedonense indixit. cit. Socr. l. 1. c. 6. Euseb. l. 3.  
 c. 6. d. vit. Const. Cranius d. Pac. Relig. p. 2. probl. 4 n. 3. & causam Do-  
 nati judicavit, Euseb. l. 10. c. 5. Carpz. ad L. Reg. c. 1. Sect. 3. n. 20. Theo-  
 dosius Imp. Episcopos Nestorianos deponi jussit & Irenæum Episcopum  
 Tyrium post binas nuptias Ecclesiâ dejecit l. 3. C. d. S. Trin. David. Pare-  
 us d. jur. Princip. contr. Papam f. 72. Honorius disposuit, ne in Urbe  
 Constantinopoli essent plures, quam 950 Decani seu Collegiati. l. 4. C. d.  
 S. Eccles. Leo d. Baptismo sanxit, ut in quocunq; Oratorio eum peragi li-  
 ceat. Nov. 15. & Episcopis interdixit, ne quem excommunicent, nisi ju-  
 stâ causa fuerit probata l. 30. C. d. Episc. & Cler. it. ne pretio sed precibus  
 ordinetur Episcopus. Imp. Justinian. Nov. 146. de selectu versionum Scri-  
 pturæ disponit & Nov. 123. c. 10. jubet unumquemq; ArchiEpiscopum  
 26 singulis annis Synodos Celebrare & Episcopos ad se convocare: Decre-  
 ta Synodorum etiam postea examinavit & si recta & legitima, confir-  
 mavit, ut patet ex Nov. 42. in præf. ubi hoc non insolitum Imperio esse  
 dicit. Quemadmodum autem hucusque, quasi in nucleo, quantum  
 præclara hæc materia permisit, Potestas Principum Circa Sacra lucu-  
 lentissimè stabilita fuit, prolixiorum tractationem desideranti, cum hic  
 non de hæc Sacrorum potestate, sed ipsius subordinato jure prohibendi  
 superfluas & seditiosas disputationes de Fide, agamus, ad cit. Grot. tr. d.  
 jur. Summ. potest. circa sacr. Gerhard. tom. 6. loc. d. Magistr. Polit. Du.  
 Reinhardi, Theologi nostri Alcorffensis piissimi & venerandi Senis accuratâ  
 Synops.



*Synops. Theol. Christian. c. 8. §. 16. & seqq. Dav. Parei Comment. in Epist. Paul. ad Rom. c. 13. dub. 5. & tr. d. potest. Reg. contr. Pap. Reinking. tr. d. Regim. Sec. & Eccles. Tabor. tr. d. Regim. Eccles. & optimi nostri in Politicis & Historicis Doctoris Dn. Conring. tr. d. Majest. Civ. circ. Sacr.* 27  
 remittentes: ita non minùs in Compendio Pontificiorum objectiones, unicâ hâc eleganti distinctione, inter potestatem Architectonicam & dogmaticam, quâ scitè utitur Jctissimus Dn. D. LINCK, *hujus Academia Professor & Reipublicæ Norimberg. Consiliarius Celeberrimus, Patronus & Præceptor meus filiali observantiâ colendus, in doctâ dissert. d. jur. Episcop. c. 2. in proæm.* vel inter potestatem internam & externam, quam Carpz. *in Jurispr. Consistor.* suam facit, refelli possunt; quam distinctionem jam olim Constantinus M. approbavit, quando ad Episcopos inquit: vos estis Episcopi in Ecclesiâ, ego extra Ecclesiam Episcopus sum constitutus, sc. quoad externam administrationem. *Euf. l. 4. c. 24. d. vit. Const. Besold. l. 1. polit. c. 4.* Nimirum Ecclesia etiam externa Visibilis in duobus 28  
 consistit, primò, in uno communi aliquo Regimine externo, quod optimo jure, ut audivimus, Summus Reipubl. Magistratus vel quilibet Dominus territorialis exercet. *Joachim. Stephani l. 2. Inst. Jur. can. c. 3. n. 135. Knipschil. d. Civit. Imp. l. 2. cap. 3. n. 13.*; deinde in communi aliquâ Salutis Regulâ, Ejusq; unanimes confessione publicâ, Dn. Schilter *d. Libert. Eccles. Germ. c. 1. §. 5.* Cujus norma, quæ nos præcipuè etiam ad internam præceptorum divinorum obedientiam obligat, non in primariâ illâ parte summæ potestatis Reipubl. sive Imperii circa Sacra, sed in revelatâ salutis formulâ, in prædicatione verbi divini, in perceptione Sacramentorum, in erogandis Mysteriis & Clavium Cœlestium potestate quærenda est. *id. ib. §. 13.* in hæc enim, quæ formam Ecclesiæ intrinsicam & explicationem verbi in SS. Scripturâ revelati concernunt, potestas Civilis nullum jus habet, nec ulli Creaturæ hoc datum, ne quidem Angelo Cœlesti sub pæna anathematis divini. *ad Gal. 1. v. 8. add. Ant. Fabr. cit. tr. de Relig. reg. in Republ. l. 2. c. 5.* ubi hanc quæst. an ad eos, qui Reipubl. præsunt, judicium de Controversiis fidei pertineat, ex professo tractat. Hinc verbû divinum, à Magistratu Christiano manet & manere 30  
 debet incorruptum & immutatum, qui ipse se illi subjectum esse novit, sed hunc gladium Spiritus, potestatem Clavium, administrationem Liturgiæ & Oeconomiam mysteriorum divinorum, cum Consensu Ecclesiæ, ministris Ecclesiæ relinquit: *Gerhard. in loc. d. Magist. Polit. §. 177. Carpz. ad L. Reg. c. 2. sect. 2. n. 12. Jung. Dan. Clafs. tr. d. Relig. Polit. c. 16. n. 57. 58.* Ne autem ipsi Sacerdotes SS. Biblia, tanquam unicam Cyno- 31  
 suram





- furam rectæ religionis, seponant, ne ipsi hæretica dogmata in Ecclesiam inferant, ne affectuosis altercationibus Pacem Ecclesiæ turbent & quotidie nova, ut apud Britannos contingere videmus, Separatistarum, expectantium, Antiscripturistarum, Perfectistarum, non residentiū, Pluralistarum & nescimus, quorum non exurgant impia ac foeda nomina, quorum integrum Catalogum proposuit Honorius Reggius S. Georg. Horn. *in lib. d. Statu Eccles. in Britannia.* cavere ac manum regiam injicere, ut & de rebus ad Cultum divinum externum & disciplinam Ecclesiasticam spectantibus disponere potest. *Deut. 17. vers. 18. Jos. 4. v. 15.* conf. Carpz. *in Jurisp. Eccles. tit. 1. def. 2. Classen. d. l. cum perpetuâ tamen ad Scripturam Sacram & voluntatem divinam reflexione, Dn.*
- 32 Ziegl. *d. Jur. Majest. l. 1. c. 13. n. 14.* Quare etiam Religionis Antistites, Legibus Summarum potestatum omninò parere debent & illas absq; conscientiæ vulneratione spernere nequeunt, ut ex Epistola Gelasii Papæ ad Anastasium Imp. definivit Petrus de Marca *lib. 2. d. Concord. Sacerd. & Imp. c. 1. §. 4. quem cum Alex. Irvino d. Jur. Regni c. 7. citat Schilter. in Cit. Tr. c. 1. §. 12.* Quis inde, his præcognitis, de autoritate & vi obligandi Legis nostræ ambigere velit, potius ut iterum ad pertractandam materiam periculosarum Disputationum revertar, statuendum esse duco, non solum Principem & Summum Magistratum posse, sed & debere Disputationes nimias & immoderatas de Religione omnibus modis coercere & prohibere. Nam I. juxta Regulam Famigeratissimi Africani Episcopi Augustini *in tr. 2. in Joh.* præcipuè ad officium Regum Christianorum pertinet, ut temporibus suis pacatam habeant Matrem Ecclesiam, quo Pace Religionis stabilitâ & Civilis Concordia, ad Subditorum vota, alatur & crescat, sine quâ Respubl. nec felix nec diuturna esse potest, quod pluribus stylo elegantiarum pleno SAVEDRA *Symb. 89.* egregiè delineat, conf. Brunn. *Jur. Eccles. l. 1. c. 2. th. 11.* Ad quod etiam Imperatores Roman. *in Recept. d. anno 1518. §. erstlich d. anno 1541. §. aber Churfürst. d. anno 1530. §. auff solche & §. nachdem aber/* eo ipso admonentur, quo nominantur advocati & defensores Ecclesiæ der Christl. Kirchen Advocaten / Schutz- und Schirm-Herren / obriste Voigte der Christenheit. Quam ob Causam Salvificæ Fidei nostræ Apostolicæ restaurator B. Lutherus *ad Carol. V. Imp.* confugit, & ut doctrinæ Christianæ tutelam suscipiat, humiliter petiit, idque exemplo Athanasii se facere dixit, ceu de eo testatur Sleidan. *l. 2. Comm.* Quò itidem respexit Elector Trevirensis in electione Gloriosissimi hujus *Imp. Carol. V. anno 1519.* hisce verbis votum suum proferens : Talem Respubl. desiderat, qui præter



præter alia constituat & emendet Ecclesiæ Statum, quod idem & Mo-  
 guntinus Elector seriò hortatus est, secundùm tradita Georg. Sabin. *in*  
*Histor. d. Elect. & Coron. Carol. V. Sleid. l. 1. comm. f. 28.* Quæ emendatio 36  
 Ecclesiæ autem plus, quàm nudam defensionem, ut fraudes, turbæ & ho-  
 stes externi ab Ea arceantur, requirit, prout aliàs contendit Bellarmin. *l.*  
*3. d. Membr. Eccl. c. 18.* sed ut etiam Ecclesia à malis internis, quæ sunt tra-  
 ditiones humanæ, abusus potestatis Ecclesiasticæ, Hæreses, nimium sub-  
 tiles & frequentes altercationes de Fide, quibus Christianus Orbis colli-  
 ditur, dogmatum confusiones &c. secura sit, cum Vineam Domini non  
 tantò per extra vagantes porcos & lupos, quàm per internos vulpes cor-  
 rumpatur & devastetur, quibus si obviam ire neglexerit Princeps, pà-  
 rùm officio suo satisfecisse videbitur. Dn. Carpz. *ad. L. Reg. c. 2. Sect. 3. n.*  
*3. Besold. l. 1. polit. ca. p. 4. explicatiùs David Pareus. ad c. 13. Rom. dub. 5.*  
*propof. 8. & Dn. Walth. in Postill. Theolog. Jurid. ad Dom. 8. post Trin.*  
*§. 103.* Jam dudum enim Imaginatio Costeri, Stapletoni aliorumve 37  
 Pontificiorum, quod error in Fide ab iis, qui sunt in orthodoxa Eccle-  
 sia, metuendus non sit, explosa est, & contrarium, Heu! Historiæ satis  
 docent, ac quasi digitis ostendunt, Hæreticos & Pseudoprophetas, qui  
*Math. 7. v. 15.* venire dicuntur, non semper ab extra ingredi, sed ex ipso  
 gremio veræ Ecclesiæ exurgere: nec ignoramus, post ascensionem Chri-  
 sti, quales Successores in officio suo D. Paulus Presbyteris Ephesinis præ-  
 dixerit, scilicet non tantum ingressuros lupos rapaces, sed ex iis ipsis,  
 quibus gregem Domini pascendum commiserat, surrecturos viros per-  
 versa loquentes. *Act. 20. vers. 29. conf. cit. Walt. Postill. Theologo Jurid.*  
*ad Dom. 8. post Trin. §. 108.* Qui interni Hypocrata & Sectatores, quos 38  
 Ecclesia instar viperarum in sinu suo fovet, longè sunt pestilentiores,  
 quam qui aperto Marte Rempublicam oppugnant, utpote qui ementi-  
 to Religionis pallio civibus quævis perniciosissima persuadent & lento  
 suo veneno aulas, curias, gynecæa & animos vulgi inficiunt. Vid. Richt.  
*ax. Eccles. 16.* Quare non minorem operam illi navant, qui hæc dome-  
 stica dissidia & seductiones removent, quàm qui ab hoste Patriam libe-  
 rant: Parum enim est, copias à mœnibus arcere, si maximum hostem  
 inclusum habeamus. Ant. Fab. *d. Relig. regend. l. 2. cap. 5. n. 4.* Ut autem 39  
 hoc virus Samaritanum in Rempublicam non sensim inserpat, nullù sanè  
 certius remedium Principi obvenit, quam quod omnem occasionem in-  
 terni dissidii circa Religionem præcidat & impediatur, ne ipsi Doctores Eccle-  
 siæ novis dogmatibus ansam dissentienti præbeant, & ambiguis Dispu-  
 tationibus fidem dubiam & subditos in Religione fluctuantes reddant,





aut occasione Religionis Rempublicam commoveant, quod imp. Ju-  
stin. Triboniano, quæstori sacri palatii, probè observare & in tem-  
40 pore præcavere *Novell. 117. cap. 11.* præcipit. Quippe hæc cura si  
solis privatis committeretur, quot quæso orientur Religiones, quot  
Schismata? id ipsum satis colligent, qui animadvertunt, Apostolorum  
41 temporibus hæreses fuisse frequentissimas, dum privata libertas non-  
dum satis publicâ autoritate constricta fuerit; quâ consideratione quo-  
que alleg. Ant. Faber *d. rr. l. 1. c. 7. n. 18. ex Mos. Ægypt. l. 3. perplexor.*  
*c. 47.* reputat, propterea Judæis templum ædificare divina Lege inter-  
dictum fuisse, quia nondum Rex constitutus fuit, qui imperii potestate  
42 populi motus cohibere potuisset, Judicium enim temporibus optimatum  
potentia valdè in factiones distrahebatur. Et quis in Historicis adeò pe-  
regrinus, qui non observavit, eo tempore dominatum Papæ in tantam  
exorbitantiam excrevisse, totque novationes & sanctiones humanas, de  
quibus in verbo DEI ne gry quidem legimus, in Ecclesiam irrepsisse,  
cùm Impp. curam circa sacra solis Episcopis, ex quadam superstitiosa pie-  
43 tate & fiducia in Clericos, commiserint: nunquam etiam, in tantas cala-  
mitates orientales Ecclesiæ incidissent, si illarum ætatum Cæsares, in  
gubernatione Status Ecclesiastici, fuissent vigilantiores; nam quòd de  
veteri Græciâ, Cicero pro Flacco, scripsit, hoc nostro ævo de Imperio  
ejusdem Græciæ dicere licet: in parem enim cladem gens eadem opi-  
nionum fluctibus denuò demersa, nunquam hæctenus emergere potuit,  
donec tandem justo DEI judicio in immensum impietatis Mahumeticæ  
gurgitem incidit; vid. Klock, *d. Contrib. c. 10. n. 87.* præcipuè de eorum  
innumeris factionibus, ut nec una civitas adfuerit, in quâ non potuerint  
partes notari, legendus Strabo *lib. 14.* Schook, *d. Jedit. l. 1. c. 4. p. 36.* in  
tempore ergò resistendum est, nam

serò medicina paratur,  
cum mala per longas invaluere moras.

44 Suprà præliminariter adduximus, quod de Imperatoris judicio disputa-  
re, crimen sacrilegii sit; sic quoque Philosophi manifesta sua principia in  
dubium vocare, haud patiuntur, sed plerumq; illud vulgatum objiciunt,  
contra negantem principia non esse disputandum, cum tamen circa ea,  
absque dispendio salutis æternæ, liber cuiq; assensus & dissensus esse que-  
at; quantò magis Princeps non permittat, ut, quæ absque dissensu sim-  
pliciter credenda sunt, promiscuè in dubium trahantur, quoniam non  
solum Ecclesiam turbant, sed & certissimam subditorum discordiam ad-  
ferunt



ferunt & perniciem Reipubl. minantur, quod innuit Sambucus, quem 45  
Citat. Vent. d. Valentis in *Parth. litig. l. 1. c. 16. n. 10.*

Dissentire piis fidei de rebus iisdem  
non licet incolumi semper amicitia.

Et Imp. noster Justin. hujus rei fide dignissimus testis est, qui *Nov. 103. c. 2.* Joanni Sacrorum per orientem præfecto, multas ex diversitate Religionis in Palæstina ortas esse seditiones & tumultus, indicat: verum non externis exemplis opus habemus, nostra Germania id satis experta est, uti hinc inde penes Historiographos videre est, add. Schook. *tr. d. sedit. l. 1. c. 42. p. 427.* & abundè patet ex *Recess. Imperii d. anno 1526. §.* und erstlich *Recess. 1541. pr. ib.* den beschwerlichen Mißverstand und Zwiespalt/ so verschiener Jahren in dem H. Römischen Reich teutscher Nation, unser H. Christlichen Religion halber fürgefallen ist / voraus unter gemeinen Ständen des H. Reichs allerhand Mißtrauen und anderer Unwillen erfolget senn mag. *it. Recess. imp. d. anno 1544. §.* und dieweil aber / *ib.* bedencken auch / was schweres Mißtrauen / Trennung und Wiederwillen solche Spaltung bißhero verursacht & *Recess. d. anno 1548. §.* und nach dem wir *ib.* das solcher Zwiespalt eine gewisse Wurzel und Haupt-Ursache alles Übels/ Unglücks und Unfalls teutscher Nation.

II. Ad prohibitionem harum Disputationum Principem excitare 46  
debet, quod ut plurimum è superbo profiscantur Spiritu, quod alter præ altero eminere, alter alteri non cedere, multò minus ipso indoctior haberi cupiat: Hic est ille lapis illisionis, hic ille stimulus ad versus quem calcitrare nolunt, qui amicam compositionem controversiarum circa Religionem indistinctè detestantur; quæ ventosa & obstinata capita ad vivum depingit cit. Clasen. *tr. d. Relig. Polit. c. 17. n. 6.* dicunt, *sunt Ejus verba*, quare ipsi quicquam concedam? quod dixi aut scripsi, æquè ut ipse defendere scio, quod ipse legit & Ego legi: quibus in artibus ille versatus, istarum & ego peritus sum, quo ingenio, quæve linguæ volubilitate est instructus, iis facultatibus & ego gaudeo. Profectò non raro, quò quisque in vectivior est in adversarios, eò majorem applausum acquirit, & quo tenacior præconceptarum assertionum, eo aptior habetur ad Colloquia. Verum tales Disputationes, quæ absque cedendi 47  
voluntate fiunt, sunt judicante Nicephor. Gregor. *l. 10. c. 11.* inanes & frustranæ. Barbof. *locupl. l. 4. c. 34. ax. 3.* inò meræ rixæ, non pro verbo DEI, sed de verbo DEI, pro defendenda propria autoritate susceptæ, quæ DEO non displicere nequeunt, quia non secundum doctrinam Evangelii, quæ non solum de Fide in DEUM, sed & de Charitate erga proximum



num agit, instituantur. Dn. Schilt. *in tr. d. Prudentia Jur. Christian.*  
*c. 3. § 8.* Hinc fit, ut ejusmodi Theologi orthodoxam doctrinam erga  
 adversarios multis & ingentibus voluminibus quidem propugnant, iis  
 tamen contentiones non tollant, sed augeant & maledicentias foveant,  
 quibus invidet DEUS & habentur pro his, qui pietatem *πορισμὸν* judicant.  
 48 *1. Tim. 6.* vid. alleg. Shilt. *c. l.* Nam ex hoc vincendi & nunquam ceden-  
 di studio fieri aliter non potest, quin quidam ex acriter disputantibus,  
 æstu ambitionis seducti, veritati divinæ obloquantur, dum suam semel  
 conceptam opinionem, quamvis falsam, tueri nec illam deserere vo-  
 lunt: Ast qui contra veritatem cœlestem aliquid docet & defendit, co-  
 49 ram DEO, justo judice, & Hominibus grave fert judicium. Nolumus  
 equidem hîc audacter inquirere in eorum Conscientias, quarum Scruti-  
 nium illius est, qui Cardiognostes est, non aliter tamen ex acri & superbo  
 scribendi stylo, & quod nullus unquam disputantium (v. rarissimè) à se-  
 mel electâ opinione recedat, sed eâdem contentionis Chordâ perpetuò  
 oberret, præsumi potest: Nec loquimur de Theologis nostræ ætatis, de-  
 que eorum disputandi modo & incitamento, de quibus judicent ii, qui  
 certi sunt, se Spiritu Sancto duci, nos hâc in parte non audemus. Atta-  
 50 men urgente præsentî materiâ haud prætermitti potest, quod nil magis  
 Ecclesiæ Christi, quam ambitio Sacerdotum nocuerit & hæc quasi fons  
 tot dissensionum fuerit: vid. Richt. *ax. Eccl. 167.* Actutum tempore A-  
 51 postolorum notatus propterea fuit Deo trephes, de quo queritur ipse  
 Apostolus Johann. *Epist. 3. v. 9.* ex hoc censu postea erat Georg. Aria-  
 nus, Episcop. Alexandrinus, de quo consulendus Sozomenus *l. 5. c. 7.* it.  
 Aëtius, Eunomius & Nestorius, de quibus vid. Schook. *tr. d. Sedit. l. 1.*  
*c. 42. p. 412.* Quid etiam Pontifices Romanos eò adegit, ut tot enor-  
 mia, supersticiosa & cruenta dogmata in Ecclesiam divulgaverint, quam  
 ambitio, his artibus enim ad tantum fastigiû pervenerunt. vid. eundem  
 Schook. *l. 1. c. 19.* quod nec diffitetur pius Catholicus Nic. d. Cleman-  
 gis, Archidiaconus Bajocensis *in tr. d. Corrupto Ecclesiæ statu c. 5. & c. 12.*  
 Nulla certè alia causa quoq; fuit, quod Carolostadius, Zwinglius, Oe-  
 colompadius & Müntzerus à receptâ fide defecerint, quam cupido Ma-  
 gnifieri, hinc in dissensionibus & acri defensione novarum positionum  
 52 immortalitatem sui nominis & maximam gloriam quærebant. Scimus  
 de Dœmone, illum superbum esse Spiritum, eumq; solere Doctores quos-  
 dam Ecclesiæ ad ambitionem & insolentem propugnationem Doctrinæ  
 impellere, ut obliti quinam sint, supra alios se extollant, nec cum alio  
 consentire cupiant, turpe sibi esse putantes, si, quod alii dicunt, idem &  
 ipsi



ipsi dicant, ne habeant, quod reponere possint, in quem fastum gravi-  
 ter invehit August. *tr. 5. in Job.* quem adducit Class. d. Relig. Polit.  
*c. 17. n. 40.* Verum enim verò, nonne hoc est? sicut Marcianus in no-  
 stra *l. 4. C. d. S. Trin.* inquit, hujusmodi certaminibus Judæis & Paganis  
 Mystra divina profanare: Quis enim infidelis v. alius Hæreticus, Reli-  
 gionem tot Doctorum dissensionibus completam & involutam, non ir-  
 ridebit, vel saltem ad eam tanquam ad incertam & Confusam accedere,  
 non dubitabit, cum ipsi Sacerdotes se invicem pro Hæreticis exclami-  
 tent. Quidnam enim respondendum Gentilibus? Venit Gentilis & di-  
 cit: vellem fieri Christianus; sed nescio, cui adhæream? Multæ intervos  
 sunt pugnæ, seditiones & tumultus: nescio quod dogma eligam, quod  
 præferam? singuli dicunt: Ego verò dico: cui credam? nescio, cum ego  
 scripturarum sim ignarus & illi utrinq; eas prætexant. uti conqueritur  
 Chrysostomus *Hom. 3. in Act. Apost.* Quod etiam Dn. Schilter. *in cit. tr. d.*  
*libert. Eccles. Germ. l. 7. c. 4. §. 1.* innuit, quando refert, quod tum Principes,  
 tum viri docti, qui initio Reformationis negotio multum favere visi, ex  
 dissidio Lutheri, Carlstadii & Zwinglii scandalum acceperint; quâ in ré  
 pariter conquestus est Georg. Dux Sax. in præf. quam novo Testamen-  
 to ab Emsero in linguam German. translato præfigi fecit. *vid. Tom. 4.*  
*Luth. Jen. f. 542. Brunn. d. Jur. Eccles. l. 1. c. 6. memb. 1. §. 32. & Rich-*  
*teri Ax. Eccl. 132,* ubi ex Strigelii *l. 1. Eth.* Magnum Principem dixisse,  
 commemorat, se nulla re impediri, quo minus se nobis adjungat, quam  
 his spectaculis dissidiorum: si, dixit, me adjungo vobis, tunc condemnor  
 ab aliis, si me aliis adjungo, à vobis condemnor. quid fugiam video, sed  
 quid sequar non habeo. Quæ Cogitatio etiam G. Cassandrum exercuit &  
 tanquã procella huc illuc impulit, ceu id ipse de se asserit penes Goldast.  
*in Polit. Imp. part. 28. p. 1292.* item Chiauses Mamaluchus, Transylva-  
 nus origine, Legatus Turcicus ad Stephanum, Polonia Regem, liberè  
 confessus est, se notissimis Christianorum in Religione dissidentium tu-  
 multibus & odiis motum esse, ut Christo abrenunciaret, eique ostendit  
 Scriptum valdè atrox & amarulentum Poloni cujusdam, qui demon-  
 strare conatus fuerat: Mahumetem multò meliorem fuisse Luthero.  
 Hos, inquit libros, vestrarum discordiarum & hæresium testes, magni  
 Muneris instar ab Autore ad me missos, in Thraciam nunc asporto, Mu-  
 sulmannis meis fidei vestræ vanitatem certissimis rerum argumentis o-  
 stensurus. quod Philipp. Camer. *in Oper. Succisiv. c. 39. p. 174.* ex Pauli  
 Odæbornii *vitâ Basiliad. Magn. Duc. Moscoviæ,* qui id ex illo ipso au-  
 divit, notat. Quàm noxiæ ergo sint istæ lites, quodq; scandalum & con-

53

54

55

D

teiptum



- temptum Religioni attrahere possint, vel ex his abundè videmus. undè omninò optimo Jure Basilius dixit, quod non tam sinistra opus sit dextera, quam Ecclesiæ concordia docentium, ceu adducit Wilhelmus Dux Brunsv. & Lüneb. in Epistol. ad Henric. Navarræ Reg. apud Goldast. *in polit. Imp. part. 29. p. 1326.* Hoc Callida Lojolarum Societas attendens, ut eorum ordo, (ad quem his unicè collimamus, nam quod aliàs nulli ad turbas & seditiones excitandas illis sint procliviores, tot exempla loquuntur, vid. omn. Parth. *litig. l. 1. c. 6. n. 16.* Thuan. *l. 37.* Hist. Dn. Schook, *tr. d. Sedit. c. 21.*) eò constantior sit & ei Major reverentia concilietur, articulis Societatis, quos recenset M. Ludovicus Lucius, *Prof. olim Basiliens. in Historia Jesuit. p. 1. c. 3. p. 29.* hunc versutè inseruit. Wir sollen einerley gesinnet seyn / und alle / so viel immer möglich / einerley reden / nach des Apostels Befehl. Sollen derowegen keine ungleiche Lehren zugelassen werden / weder mit Worten im Predigen oder öffentlichen Lesungen / noch in geschriebenen Büchern / welche auch nicht sollen öffentlich ohne Gutheissen des fürgesetzten Generals gedruckt werden &c. Quam laudabilem intentionem, utinam & effectum, Formula Concordiæ inter quosdam status Evangelicos anno 1577. composita, habet, de quâ legenda B. Dn. Hutteri *explicatio Form. Concord. & imprimis Ejus Concordia Concors.* Etenim jam tunc temporis, Pontificii nobis discordiam circa Religionem in opprobrium objiciebant, & Spiritum dissensionis pro certo externo heterodoxæ Ecclesiæ signo prædicabant, uti id eorum Propugnator ex Jctis Ant. Faber, Sabaudus, *ad tit. 1. Cod. calamo mordaci profert*, quem, notante Wissembach, Jcto Franeckerano *ad l. 1. t. 1. Cod. th. 14.* quidam hoc illudit disticho:
- Esse novatores odioso nomine dicis  
nos Faber, ah nobis tu Veterator eris.
- 58 Sed optimè huic Fabro & Ejus affeclis Jacob. Lectius, Jctus & Senator Genevensis, *adversus τὰ πρῶτα cit. Cod. Fabr. l. 2. præscript. Theol. not. 8.* & hoc tempore ex nostratibus Dn. Alberti, Theologus insignis & in Elenchtico Campo belligerator æternâ Memoriam dignus, in der gründlichen Wiederlegung des Buchs / so auff Befehl des Bischoffs von Neustadt Anno 1684. heraus gegeben / und Augustana & AntiAugustana Confessio genennet worden / respondent; quod Scilicet tigna & trabes, quæ proprios oculos occæcant, non sentiscere, festacula, si quæ nobis, ea lynceis oculis introspicere & malignè ac procaciter insectari, consueti essent: Quem enim fugiunt, altercationes Capucinatorum, Franciscanorum, Dominicanorum ac præcipuè illorum, qui à Cornelio Janlenio,



nio, Episcopo Iprensi, Jansenistæ vocantur, cum Jesuitis? quantum dissi-  
 dium inter Scholasticos est super B. Virginis Mariæ conceptione, aliis  
 sine peccati originalis labe conceptam agentibus, aliis verò perneganti-  
 bus? quam variè ab iisdem disputatur, Matrimonium sit ne Sacramen-  
 tis annumerandum, nec ne; it. utrum Pontifex Rom. Conciliis, an vero  
 ista Pontifici subsint? an Hic sit infallibilis, nec ne: an imagini Christi  
 terminativè vel transitivè cultus exhibendus? de qua ultima acriter in  
 Prussia aliquando disputatum fuisse meminit Brunn, *de Jur. Eccl. l. 3.*  
*c. 1. th. 10.* ut Sileam, quatenus inter se in S. Scripturæ explicatione dis-  
 sentiunt & quod Ecclesia Gallica contra Concilium Tridentinum ex-  
 pressè protestata sit, teste, omni exceptione Majore Thuano, in quo Ve-  
 ritas, pietas & Candor ambigua palma decertant, *lib. 68. Hist. & Gra-*  
*mond. l. 1. p. 72.* imò Ejusdem Galliarum Doctores dicto Concilio in non-  
 nullis apertò obloquuntur, quod apparet ex Joh. Launoji, Viri doctissi-  
 mi, humanissimi & inter Theologos Parisienses Celeberrimi (nam ta-  
 lem esse Launojum, ut nec ipse Livor hoc negare possit, judicat cir. D.  
 Alberti in *tr. d. Interesse Relig. in præm. p. 30.*) *Epistolis, ut part. 4. Epist. pag. 1.*  
*part. 2. Epist. p. 2. part. 3. Epist. p. 17. ac passim ex suis scriptis:* nec id dif-  
 fitetur, famigeratissimus Lindanus, in *Panopliâ p. 170. 380.* dicens, di-  
 scors concordia inter concordēs Catholicos invenitur, Catholicæ ma-  
 tris Ecclesiæ filii discorditer concordēs sunt, discordi concordiam concor-  
 diter dissentiunt & concordiam discorditer orthodoxè consenti-  
 unt. Mira certè discordia concors! Hoc tamen Ei largimur, per unum  
 vel alterum dissensum circa ea, quæ articulos fidei non attingunt, unita-  
 tem Ecclesiæ haud dividi, quò collimat illud tralatitium, dissonantia je-  
 junii non tollit consonantiam Fidei; sed in eo tum imbecillitatem men-  
 tis humanæ, tum varietatem ingeniorum, tum sacrarum literarum u-  
 bertatem agnoscimus. jung. *cit. Lect. d. c. 2. not. 8. p. 266.* in Sacra Scri-  
 pturâ enim, non solum pascimur apertis, sed exercemur etiam obscu-  
 ris: ibi fames pellitur, hic fastidium, pulchrè inquit August. *d. verb.*  
*Dom. Serm. 11.* Quapropter eorum Zelus, qui dissentientes statim pro  
 Hæreticis ac Schismaticis exclamitant, eosvè verbis durissimis, irrisio-  
 nibus, Scommatibus, de quibus non raro ad nuda personalia devenitur,  
 ad Consensum, quasi per Capillos, trahere intendunt, quomodo lauda-  
 ri & excusari possit, non patet. Elegantem de hac re textum habemus in  
 Epist. Jacob. *c. 3. v. 13. seqq.* quem, quia verum & justum Zelum accuratè  
 & graphicè describit, integrum hic apponere, operæ pretium esse duco:  
 Si quis, ait, sapiens & disciplinatus inter vos! ostendat ex bona  
 D 2 con-

60

61

62

63

64





- conversatione operationem suam in mansuetudine Sapientiæ. Quod si zelum amarum habetis & contentiones sunt in cordibus vestris, nolite gloriari & mendaces esse adversus veritatem, non est ista Sapiencia desursum descendens, sed terrena, animalis, diabolica: ubi enim zelus & contentio, ibi inconstantia & omne opus pravum: Quæ autem desursum est Sapiencia, primùm pudica est, deinde pacifica, suasibilis, bonis consentiens, plena misericordiâ & fructibus bonis, non judicans, sine simulatione: Fructus autem Justitiæ, in Pace seminatur facientibus Pacem. Fermè eodem modò signa justizeli depingit Niceph. Gregor. *l. 6. Histor.* Verus zelus a superna potentia dependet & divinâ quâdam ac moderatâ concinnâque ratione gubernatur: Qui verò mentis suæ fores ambitioni aperiunt, ii non vident zelum suum in æmulationem & odium converti, & pro frumento, uvâ, cæterisque bonis fructibus, spinas & tribulos in hoc agro produci. His Niceph. Gregor. verbis, sublimis Politicus Lipsius *in lib. advers. Dialogistam p. 65.* adjicit: Hæc in Græcia olim fuere; quando? cùm paulò post ruit: & protectò imminent tempora, quæ evidentiùs ostendent, quantum studia partium & odia Theologica communi causæ & Regno Papistico, ubi collapsum erat, restaurando contulerint. Cui bono, quæso, tantâ vehementiâ super re litigatur, quæ sæpè scire vel nescire non magis interest nostra, quam quod Subtilis Germaniæ Jctus Uldaricus Zasius retulit *in l. 20. ff. de Leg. an Æneas dextro pede primùm, an sinistro conscenderit navem*: Certè concordiam quærere & stabilire velle in omnibus ac talibus præsertim quæstionibus, quæ pari pietatis adjumento, aut sciuntur aut ignorantur, discordiæ est ansam dare, charitati que repugnat Christianæ. Nec video, unde hæc religiositas eorum probari vel saltem aptè colorari possit, qui propè omnia, quæ in Ecclesia statuuntur & ab antiquitate intro ducta sunt, pro articulis fidei venditant & nullum dissensum, etiam in nudis adiaphoris, tolerare volunt, cum tamen in illis, quæ directò fidem non concernunt, libertas in dissentiendo nulli præcisè denegari possit, nec assensus alicujus, ad unius vel alterius hypothesein & principia, alligatus sit. *Clas. sen. d. Relig. Polit. c. 17. n. 45.* Fuerunt quidem semper in Ecclesia nonnulli *ΑΥΤΟΙΔΙΑΚΤΟΙ*, qui ea tantum agnoscunt & admirantur, quæ ipsi pepere- runt, quales homines autem in omni genere doctrinarum multum dant damni, multumque nocent veritati & invidiam ac contentiones concitant. Vid. Richt. *ax. Eccles. 207.* Nemo enim tenetur in dogmata suo- rum



rum Præceptorum jurare ; Multa sunt, in quibus inter se aliquando etiam doctissimi atque optimi Regulæ Catholicæ defensores, salvâ fidei compage, non consonant & alius præ alio de una re melius & veriùs aliquid dicit. Scribit August. contra Julian. 1. cap. 2. Post Christum & Apostolos semper in Ecclesia aliqui fuerunt errores, probante Richt. *ax. Eccles. 24.* & nullum esse præcorum Patrùm, qui careat nævis, statuit post alios Besold. *l. 2. Polit. cap. 1. §. 8. n. 3.* Multò minùs nostro tempore puriorem & planè uniformem doctrinam expectamus ; Proinde ad evitanda Schismata & Capitales dissensiones ex Consilio Gellii *l. 12. cap. 2.* potius relinquendum est aliquid ingenio, quod dies atque ætas mitificet: Schönborn *l. 3. Polit. c. 11. in fin.* exemplo Constantini M. qui Religionem Christianam pro Viribus propagare studuit, inveteratis verò moribus vi non restitit, nec mentium imbecillitatem impetu refutavit, referente Euseb. *l. 2. d. vit. Const.* sed lubentiùs tempori cedere quàm Ecclesiam, jam ante afflictam majoribus periculis exponere voluit, cujus moderationem pluribus commendat & egregiis exemplis illustrat. Ant. Fab. *d. Relig. regend. in Republ. c. 5. n. 266. seqq. add. omninò Ahasv. Fritsch. not. adh l.* Quibus autè neutiquam proclivitate ad contradictiones & novationes probamus, quin magis nova dogmata & phrales, in causis Religionem concernentibus, periculosas & maximè disuadendas esse existimemus, nec ignoramus, semper eas viris cordatioribus suspectas ac odiosas, vid. Richt. *ax. Eccles. 89. & 91.* & penes nonnullos populos sæve, issimè prohibitas fuisse, uti nos informat Lipsius *in libr. advers. Dialog. p. 40.* Nam haud absurdè Juris Gentium dici possunt illa, quæ in primitiva Ecclesia ab Apostolis & sequentibus puris & Orthodoxis Episcopis ita sunt constituta, ut in universalis Ecclesiæ usum tranferant ; Quemadmodum ergò a Jure Gentium in Civilibus, ita quoque nec in Ecclesiasticis temerè & sine gravi causa recedendum esse, sed omninò saniori ratione eos pollere autumamus, qui doctrinam & ritum Ecclesiæ à Majoribus introductum servandum esse asserunt, qui illæ sâ conscientiâ servari potest & SS. Bibliis, verbo DEI revelato, non manifestò contrariatur, Jung. Viri ultra meam laudem positi, B. Dn. Conring. *tr. d. Majest. Civ. circ. sacr. th. 20. 21.* Dn. Brunn. *d. Jur. Eccles. l. 1. c. 2. th. 18.* & Georg. Cassandri *Judicium penes Goldast. in Polit. Imp. part. 28. pag. 1293.* qui hoc ex Augustino aliisq; Patribus & Actis Apostol. *Act. 16.* probat, ubi legimus, Paulum & ei adjunctos non tantùm expressa DEI mandata oppidatim docuisse, verum etiam observari tradidisse decreta, quæ ab Apostolis & Senioribus erant ordinata.



- 72 III. *Causa prohibitionis est, quod Hæretici vel alii dissentientes iisdem acribus & superbis Disputationibus non convertantur, sed multò magis exacerbentur & obstinaciores reddantur; id famosæ Disputationes inter Catholicos & Evangelicos demonstrant, id Colloquia inter hos & Reformatos instituta comprobant; quorum plerumque hic fuit exitus, ut animi dissidentium magis fuerint exacerbati, quàm mitigati, & doctrina vera plus fuerit obscurata, quàm illustrata; certaminum, dissidiorum & contentionum æstus magis accreverint, quàm decreverint.* Richt. *axiom. Eccl.* 136. tentata fuit compositio dissidii circa Religionem, statim ab initio Reformationis per Disputationes, inter B. Dn. Lutherum & Eccium Anno 1519. Lipsiæ, sed nullò aliò fructu, quàm ut utraque pars postea sibi victoriam adscriberet, suasque theses longè vehementiùs defenderet, de qua Syraxi, vid. Palavicin, *l. 1. c. 59.* & Petri Mosellani *Epistolam ad Jul. Pflugium, quam totam exhibet* Dn. Schilter *in tr. d. libert. Eccles. Germ. l. 7. c. 2. §. 5.* nec alium exitum hæc Disputatio nancisci potuit, quoniam Eccius non animo veritati cedendi, sed prudentiam suam ostentandi ad illam accessit, & longè priùs nihil ardentius in votis habuit, quam sui specimen in solenni Disputatione cum æmulo præbere, *referente Palavic. l. 1. c. 14. n. 8.* utpote qui mordacem & superbum stylum jam antea in refutatione thesium Lutheri contra venales Indulgentias ostendit, *ut idem Palavicinus vir Catholicus & dignitate Cardinalatus conspicuus, l. 1. c. 6. n. 2.* nigro lapillo notat. Similia facta habuit Colloquium Augustanum Anno 1530. habitum, de cujus effectu laudatus Schilter. *d. tr. l. 7. c. 4. §. 14.* dicit: Comitibus ita dissolutis, discordia animorum & similitates atque dissidentia intra ordines magis magisque crescebat, ut de armis jam cogitaretur. Uti etiam post hanc Disputationem exeunte hoc Anno 1530. initia Fæderis Schmalcaldici jacta fuerunt, de cujus origine & progressu legend. Hordl. *lib. 8. d. Caus. Bell. German.* Nihil felicior fuit amicabile collocutio primò Hagenoæ 1540. deinde Wormatiæ & tunc Anno 1541. Ratisbonæ tentata, de qua Philipp. Melancht. ad suum Intimum Camerarium sub die 23. April. Eiusd. anni scribit: Heri nos Imperator allocutus & satis comiter hortatus est, ut amanter colloquamur de dogmatibus, sed nunquam res instructa infidiosiùs, nec video nos humano Consilio ex his laqueis evadere posse. Quod triplici colloquio Tigurino, à Dn. Hartm. *in Continuatione Ruelli Histor. Eccles. Concil. period. 5. pericop. 16. Exercit. 15.* commemorato, perturbatæ Ecclesiæ consultum fuerit, nullibi legimus; de Disputationibus Joh. Comandri adversus vicarium Episcopi Curienfis & Abbatem S. Lucie



S, Luciae in Rhetia Anno 1526. autoritate trium Rhetiae Ordinum institutis, recenset Dn. Micraelius ex Chronico Bullingeri, quod tandem Ordines altercationum pertæsi, iis finem imposuerint. De Scandaloso effectu Colloquii Mompelgartensis, inter Clariss. Viros D. Jacob. Andreæ & Theodor. Bezam Anno 1586. habiti, legenda Epistola M. Eusebii Schönbergii, quæ reperitur in Actis Protestantium inter se, apud Goldast. *in Polit. Imp. part. 29. p. 1336.* Eundem exitum famigeratissimum Colloquium Marpurgense, suasu & directione Philippi Landgræfi Hassiæ Anno 1629. institutum, habuisse, cit. Hartm. *alleg. loc. Ex. 18.* hisce verbis sat innuit; sic cessarunt, *inquit*, cum appareret, nullam, illo tempore, pacificationem inter utrosque Theologos sperari posse; Lutherus in sua sententia perstitit: adversa pars à sua sententia discedere noluit, post Colloquium etiam de parta victoria triumphum canere ausa est, quam jactantiam tamen Lutherus in Epist. ad Jacob. Probstium *Eccl. Brem. Minist.* graviter perstrinxit, add. Sleid. *l. 6. p. 105.* & ipsum Lutherum tom. 4. *Jen. Germ. p. 417.* Parili modo de Colloquio celebri Wormatiensi Anno 1657. dicit alleg. Hartm. *cit. loc. Ex. 36.* discessum esse sine fructu; quemadmodum & Colloquium Heidelbergense haud impedire potuit, quin Fridericus Elector Palatinus reformatam Religionem amplexus fuerit; Et quales dissensus, contentiones & maledicentias celeberrimum Colloquium Torunense reliquit, Theologorum Wittebergensium, Lipsiensium, Helmstadiensium & Regiomontanorum publica Scripta polemica, me non dicente, ob oculos ponunt; Sed his adhuc multa alia acta henotica frustranea adjungi possent, si eorum telum secundum annorum cursum explanare vellemus, quæ collectio autem magis laboriosa quam ingenuosa est, ex jam adductis etiam illarum Disputationum inutilitas & tristis effectus sufficienter elucet, qui plura desiderat, adeat B. Dn. Theodorici *Analyf. Evangel. p. 1. p. 501.* ubi elegantius multa exempla frustrati fructus Colloquiorum ostendit, quæ effecerunt, ut nostri Theologi, quoad dissidia inolita, planè dubitent, an unquam ex Colloquiis & Synodis optata Concordia in Ecclesia speranda sit, quod videre est ex Epistola Augusti Elect. Saxon. ad Henricum Navarrae Regem apud Goldast. *in polit. Imp. part. 29. p. 1328.* & Tobia Wagneri, *Theologi Würtembergici, inquisit. Theol. in acta Henotica. Sect. 7. c. 2. & 3.* imò nonnulli, qui Posteris potius ensẽ discordiæ, quam Olivam Pacis relinquere volunt, compositionem Religionis penitus averfantur, & quidem ex hoc duro fundamento, quia Christus cum Belial nunquam componi possit, quò stante principio, frustraneum planè esse, de modo loqui,

77

78

79

80

81



- loqui, ubi quaestio an, nondum est discussa, autumo. *add. Besold. lib. 2.*
- 82 *Polit. c. 1. §. 8. n. 5.* Burgold. *ad Instr. Pac. part. 2. Disc. 3. n. 2.* Vix dissidia interna Evangelicorum, propter tot varias & pertinaces Disputationes componi potuerunt & post Colloquium Altenburgense anno 1568. Dresdense anno 1571. & Torgavienle anno 1574, quod Disputantium diversi animi atque tot varia Sententia in Concordiam redigenda essent, res ferè desperata videbatur; unde etiam his factis consternatus Christianissimus Elect. Sax. Augustus, tunc temporis, aliâ viâ, quàm Disputationibus domesticam Pacem procurare tentavit, cujus cedro digna est de his altercationibus Epistola, proprio motu & manu ad Senatum suum intimum scripta, quam ex Archivo Dresdensi Hutter. in Concord. Concordi c. 9. publicæ lucis fecit. Râthe und liebe Getreue/was die Uneinigkeit unter denen Theologen / in diesen Landen und anderen Gutes gewürcket/gibt leider die Erfahrung: Und ob ich wohl verhofft/es solte unser Herr Gott irgents Mittel geschickt und gegeben haben/das die Theologen selbst sich mit einander vereinigen köndten / so hat man doch auff dem Colloquio zu Altenburg wohl gesehen / was für eine Einigkeit sich bey Ihnen ereignet/ und obwohl eine jede Obrigkeit Scheu tragen solte / sich unter die verwirte Gemüther der Theologen zu mengen / so habe ich doch bey mir die Vorsorge/da von allen Theilen (weil kein Pabst unter Uns ist) die Obrigkeit nicht selbst bey Zeiten darein greiffet / es würde keine Besserung / sondern mehr Schaden und Nachtheil/ so unsere Nachkommen mit Schmerzen erfahren würden / daraus zugewarten seyn: it. in seinen dem geheimbsten Rath übergebenen Memorial, und dieweil ich mir keine Hoffnung machen kan / aus vorgehenden Geschichten und Erfahrung / das die Theologen (leider GOTT sey es geklagt) durch einig Colloquium sich mit einander vergleichen werden: So habe ich dahin gedacht/ob es nicht ein weg seyn wolte / das Wir / die sich zu der Augspurgischen Confession bekennen / sich freundlich mit einander vereinigen/das ein ieder Herz etliche friedliebende Theologen/obngefahr 3. oder 4. Personen/dergleichen auch so viel Politische Râthe benenneten &c. quod etiam est Consilium Casp. Hedionis *Eccles. Cathedr. Argent. Pastor. penes Goldast. in polit. Imp. part. 28. p. 1284.*
- 84 Et quamvis postea anno 1577. Notissima formula Concordia, planè singulari DEI directione, composita & ultra tot millium Theologorum, Electorum, Principum, Comitum, Baronum & Civitatum Imperialium subscriptione confirmata fuerit, teste Huttero *in cit. tr.* nihilominus hæc pestiferum illud discordia malum Babylonicum, tam penitus extirpari non potuit, quin non Theologi partim huic Formulæ concordia a-
- pertō



però contradixissent, partim iterum nova dubia protulissent, quod domesticum diffidium adhuc hodiè, proh dolor! Ecclesiam nostram miserimè affligit & creberrimis disputationibus indies magis crescit, quam decrescit, ut hoc intuitu Dn. Schiltero *d. libere. Eccles. Germ.* non immeritò videatur, ab Theologorum omnium partium Curá vel culpá, reductionem Ecclesiæ hæctenus impeditam fuisse, quod idem olim Wilhelm. Landgraff. Hassiæ expressè ad Henricum Navarræ Regem scripsit: *ceu videndum apud Goldast. in polit. Imp. part. 29. p. 1327.* consentit A. hasv. Fritsch. *in not. ad Ant. Fab. d. Relig. reg. p. 305.*

Imprimis verò istæ Disputationes, quæ in publicis Concionibus è Suggestu proferuntur, sunt periculosa & proinde maximè vitanda, nisi temporum vel loci qualitas singulariter etiam aliqualem polemicam deductionem desiderat: Quia I. parum aut nihil faciunt ad auditorum ædificationem, quorum paucissimi Controversiarum abyssus intelligunt, & nonnulli è plebejis vix erudiri possunt, ut verè & simpliciter credere, piè & modestè vivere & beatè mori discerent, quæ informatio non requirit controversiarum decisionem, cum articuli fundamentales ex Scripturis sat dilucidè exponi possint, non adductis contrariis adversariorum argumentis vel pomposâ ad hominum affectus conciliandos directâ oratione, juxta Pauli exemplum, qui *1. Corinth. 2. v. 1.* dicit. Ego cum venirem ad vos fratres, non veni cum eminentiâ facundiæ aut Sapientiæ, annuncians vobis testimonium DEI &c. quare talem simplicem orationem inter notas vel signa pij Ministri Ecclesiæ refert Richt. *xx. Eccl. 120.*

II. His sæpè sæpius infirmiores confunduntur, ut non raro Hæreticorum dogmata primo intuitu probabilia assumant, sibi imaginantes, quod illorum Doctrina non adeò absurda sit, qui non secus ac nos ingenii acumine pollent, S. Scripturam legunt, & ex eâ sua dogmata defendunt, quæ persuasio primus gradus ad Apostasiam est & per multos ad eam perduxit, quod ipsi Apostatæ postea libere fateri non erubuerunt, *vid. Dn. Classen. d. Relig. Polit. c. 16. n. 14. & 15.* Ad minimum redduntur in Religione incerti, dum vel Adversariorum argumenta non solidè refutantur, vel aliquando ab Auditoribus non eo capaci judicio, quod requiritur, percipiuntur, unde non potest incertitudo in Religione non oriri: Et sic omninò probatissimum est judicium judiciosi Politici Eberhardi à Weihe *in Medit. d. van. Gloria Mundi p. 15.* qui se alibi Durum di Pascale, Waremundum ab Ehrenberg & Mirabilem de bonâ Casâ nominavit, quod illic, ubi Disputationum Copia & intemperantia adest, frigida Religio, vacua & inanis reperiatur.

III. Harum acrium Disputationum è Suggestu prolatarum, quasi proprium

E

prium



- prium est, ut in Cordibus auditorum, odium erga illos Vatinianum, excitent, qui in fide dissentiant, cum quibus tamen nos sapissimè in eodem
- 89 Regno, eâdem provinciâ & Civitate cohabitare oportet: Ac quamvis hoc plurimum, præter intentionem Pastoris, culpâ Auditorum fiat, quod Ministro verbi divini vix imputari posse videtur; attamen multa nobis intercedunt cum Adversariis, de quibus planè plebs non informanda est, quia captum Ejus transcendit, in Corde autem nihilominus inconsideratum rancorem relinquit; Just. Sinold. cogn. Schütz. in Colleg. publ. d. stat. Rei Rom. vol. 2. Disp. th. 13. Lit. E. Dein Illius etiam est, quæ aliâs rectè se habent, ita proferre, ne calumniandi ansam & litis subsidia indè capere possint maleferiati. Hæc enim Prudentia illa Theologica est, quæ haud rarò minus prudenter negligitur, quando auditorum planè nulla habetur ratio, sed omnia promiscuè in medium proferuntur,
- 90 sunt verba Dn. Stryckii in not. ad Brunn. Jus Eccles. l. 1. c. 6. m. 1. §. 6. Similia habet Olivar. Bowles in Pastor. Evangel. l. 2. c. 2. p. 167. Illustre ac Memorabile Exemplum, quod etiam Zelus, cæteroquin circa licita occupatus, verùm pro ratione temporis intempestivus, magnorum motuum & afflictionum causam dare possit, Historia Ecclesiastica antiqua suppeditat in Audâ, Christianorum in Persia Episcopo, viro pio & Zelo summo pro Christianâ Religione prædico, qui illius excessu, intempestivo ac immoderato animi æstu, cum Templum Perlarum, in quo Ignis colebatur, demoliri jusserit nec illud ad placidam Regis admonitionem denuò ædificare voluerit, gravissimam persecutionem in Christianos excitavit, ut non solum ipse occisus, sed omnia Christianorum templa, quæ per longum tempus profundâ pace possederant, destructa & miseri Christiani horrendis & lævissimis tormentis afflicti fuerint. Socrates l. 7. Hist. Eccl. c. 8. & Theod. lib. 5. c. 38. quo tempore, cum Theodoretus hæc scriberet, Persecutio nondum cessaverat, sed triginta jam annos duraverat
- 91 Schook. d. Sedit. l. 1. c. 36. p. 339. Videte, tales Zelotypi de summa rerum periclitari, quàm æquabilem tenere modum in defendendo statu Ecclesiæ malunt. conf. Ant. Fab. d. Relig. regend. l. 2. c. 5. n. 271. Ut impræsentiarum unicè de acerbis Concionibus ad populum dicam, hoc modo excitata plebs calumniatur & pessimè judicat de Adversariorum professione fidei, damnatque ubivis damnatum à suis Sacerdotibus: Adversarius de hæc procaciâ certior factus, eâdem vehementiâ & damnandi licentiâ utitur, tunc disputatur & disputatur pro & Contra, tandem tale linguale prælium & verbale certamen nullum alium effectum sortitur, quàm quod rigidè disputatum & Respubl. pacata, in inquietam, turbulentam, odiis



odiis & similitudinibus completam, conversa fuerit, quò proverbium in vernaculâ linguâ verificatur, Man hat den Frieden zum Lande hinaus disputiret: Ast pii Ministri præcones pacis, non tubæ seditionis, magis a- 94  
 quam quam oleum flammæ afferre debent, ex doctrinâ Magnorum Theologorum, Dn. Gerhard. *in loc. d. Ministr. Eccles. p. 465.* & Dn. Balduini *d. Casib. Conscient. l. 4. c. 7. cas. 6. in fin.* Et eo cautius in Concionibus hæc in parte procedendum habent, quò facilius ad tumultus ansam porrigere possunt. Pastorum enim apud vulgus (si vera, quæ Relfenslo. 95  
*d. Summ. Princip. Germ. Potest. c. 5. p. 81.* tradit) ea est autoritas, ut quicquid ii, sæpe sine sensu & iudicio, irato sine dubio divino Numine, affectuum vehementiâ abrepti proferunt, pro Spiritus Sancti Oraculis agnoscant & communiter magis suis Verbis, quam suis Ducibus parent. *Class. d. Relig. Polit. c. 2. n. 9.* Theod. Reink. *d. Regim. Secul. & Eccl. l. 3. Cl. 2. c. 2. n. 8.* jung. Clapm. *l. 3 d. arcan. c. 27. f. 145.* Quot turbæ, prioribus temporibus, Concionibus excitatæ sunt, Annales Galliæ, Angliæ, 96  
 Scotiæ, Belgii & nostræ Germaniæ abundè declarant, ubi tam diu disputatum est, donec Ligæ fierent atque uniones, quæ tandem in funestissimum bellum defierunt, dicit Dn. Brunn. *d. Jur. Eccles. l. 1. c. 6. membr. 1. §. 31. add. Hordled. d. Caus. Bell. Germ. lib. 1.* Speciatim de Pastoribus 97  
 Rupellanis videndus Magnus Historiographus Thuanus *ad ann. 1573. l. 56. Hist. De variis Ministris Anglicis & Belgicis Dn. Schook. tr. d. Sedit. l. 1. c. 22.* De Cornelio Adriano, Emanuel Meteranus *Belg. Histor. l. 8. f. 387.* De Balcanquonio Scotiæ Ministro, Robertus Jonstonius *Rer. Britann. Script. & Buchananus lib. 13. p. 545. rerum Scotic.* recenset, quod Knoxius Pastor ad multitudinem habuerit concionem turbulentam & animos auditorum accensos penitus inflammaverit. Simile exemplum ex Brunneri *l. 8. Annal. Boic. p. 525.* tradit B. Dn. Felwinger *in 98  
 diss. d. Faction. Medic. Altorffii anno 1641. habitâ th. 16.* Nostrorum verò Pastorum Germanicorum ejusdem Spiritus integrum Catalogum habet Dn. Knipschild *l. 2. d. Civ. Imp. p. 271.* ubi, Recens exemplum seditionis anno 1625. experta est Lindavia, quis enim ibidem plebem adversus Magistratum excitavit alius, quam turbulentus Ecclesiæ Minister M. Alexius Neuwcomb? quis nuperrimè Campidoni rebellionem populi adversus Magistratum movit & Rempubl. pænè evertit, alius, quam ambitiosus & avarus Pastor M. Schalter? Quid aliud adhuc dum hodiè inter Magistratum & Cives Heilbrunnenses machinatur, ab elato Ecclesiæ Ministro, M. Joh. Conrad. Hiemer. &c. Pariter Autor quidam Germanicus in Relatione de Motibus Donawertensibus, incentorem seditionis 99



nis inibi concitatae, primum esse pronunciat, verbi Ministrum M. Joh.  
 Weiland, adducitque testium loco Senatus Academici Wittebergenf.  
 Argentorat. & aliorum Consilia Theologica, quarum turbarum etiam  
 100 meminit Burgoldensis ad Instrum. Pacis p. 1. *Disc.* 18. Hoc valent Tri-  
 bunitia ingenia, tales fructus nascuntur ex istis disputationibus, ad quas  
 tamen non nunquam planè absque ulla causa descenditur, quamobrem  
 ad Cohibendum hoc malum in Recess. Imp. d. anno 1530. §. 55. Wir  
 haben 2c. saluberrimè sancitum est, & die Prediger sollen sich mit ihren Pre-  
 digen unserm Abschiede gemäß verhalten / und vornehmlich in ihren Predi-  
 gen vermeiden und unterlassen / was zu Bewegung des gemeinen Mannes  
 wieder die Obrigkeit oder gegen einander zu verheßen dienet / und Ursach-  
 geben mögte / und Gottes Wort nicht nach eigenem Willen und Nutzen /  
 Meid und Hoffarth / oder zu Verführung der unverständigen gemeinen  
 Leien predigen / darzu stumphiren / schmähen und lästern sich gänzlich ent-  
 halten. Non minus in Recess Imp. Spir. d. anno 1542. §. Damit aber uns-  
 101 ter denen Gemeinen. Præprimis autem Conscientiam suam graviter vul-  
 nerant & limites transcendunt, qui totam Ecclesiam ex illis tribus, quæ  
 in Imperio Rom. tolerantur, & in communem Imperii Pacem receptæ  
 sunt, simpliciter damnant, cum hoc in Instrum. Pac. Osnabr. art. 5.  
 Quod nobis instar Palladii est, prohibitum, imo expressa protesta-  
 tio, de non damnandis integris Ecclesiis præfationi notissimæ For-  
 mulæ Concordiæ inserta sit, ut taceam, id argumento l. 65. *Cod. Theo-*  
 102 *dosiani d. Hæreticis*, aliquatenus quoque evinci posse, cui add. textus  
 non minus notabilis in *Nov. 129. c. 1. & l. 12. C. d. Hæret.* ubi expressè  
 excipiuntur Gothi, (quorum plerique tamen Ariani erant. *Gottofr. ad*  
*b. l.*) qui foederati fieri poterant & aliter, prout Imperatori visum fuit,  
 honorabantur.  
 103 Tandem IV. Eum, apud quem τὰ κρείον in Republica est, ad Interdictio-  
 nem harum Disputationum impellere potest, quod teste omnium a ta-  
 tum experientiâ, ex istis plerumque diversæ Sectæ ac Hæreses enatæ  
 sint, dum quidam uni parti, alii alteri parti fuerunt addicti, & utraque  
 suas assumptas hypothesen & dogmata omnibus modis justificare & pro-  
 pugnare allaboravit, alteri verò cedere ac victoriam relinquere inhone-  
 stum esse duxit; Quæ obstinatio, postea ob studium vincendi nec cla-  
 ritate verbi divini neque metu Numinis vinci potuit. Sic semper vel  
 pravâ allegatione verbi divini vel malignâ Eiusdem interpretatione aut  
 scrupulosâ meditatione, ac de super ultro citroque institutis Disputa-  
 tionibus, Sectæ & Hæreses primùm trahunt originem, quæ tractu tem-  
 poris,



poris ab earum asseclis cum novis Erroribus, juxta commune proverbium, Error Errorum Mater, cumulantur & propagantur; quò citra dubium etiam Lansius *in consule. Europa p. 688.* & Dn. Reinking. *d. Reg. Secul. & Eccles. l. 1. c. 19. n. 5. & 6.* respexerunt, quando dicunt, Religionem, quia generis foeminini est, semper peperisse Religiones. Propterea errant, qui in distinctè Disputationem putant Machinam evertendorum Hæreticorum potentissimam, cum revera sit Robur ipsorum; nam ea freti Arius & Nestorius tam impudenter desipuerunt, ut ille diversos per gradus & tempora in Trinitate substantias adsereret, alter Mariam Virginem theotocon esse negaret; pleraque enim Hæreticorum dogmata inter Aristotelis & Chryssippi Spineta sibi reperiunt. Inde Eunomius profert, quod natum, non fuit, antequam nasceretur. Inde Manichæus, ut DEUM liberet à Conditione malorum, alterum mali inducit Creatorem; inde Novatus subduxit veniam, ut tollat pœnitentiam: quæ omnia notat supra cit. Darrelius, *Hispanorum Fctus ad h. l. Cod. p. 19.* Percurrat quis Historias, præcipuè Ecclesiasticas & videbit, quod philosophicæ, sed perperam susceptæ, explicationes & publicæ Disputationes illud infelix semen fuerint, ex quo tot dissensiones in spirituali Ecclesiæ agro enatæ sunt, quæ postea in tam damnabiles & longè se extendentes fructus, Hæreses & Sectas excreverunt, quod ipse noster Imperator Marcianus in Oratione ad Patres Chalcedonensis Consilii habitâ, quam Binius *in Historia hujus Concilii p. 2. art. 4. pag. 344.* recenset, indicat; Constat, dicit, pravis studiis quorundam, per media tempora, nonnullis diversa sentientibus & pro voluntate suâ, non prout veritas atque doctrina Patrum postulat, populos seducentibus, in errorem quam plurimos esse deductos: & paulò post: facile simplicitas quorundam, hætenus nonnullorum ingeniis atque superfluâ verbositate decepta est, constat enim diversorum pravis studiis dissensiones & Hæreses esse natas. *Adhuc clariùs autem in Edicto, ex quo Lex nostra desumpta est, id indigitat, ubi, constat, hinc hæreticæ inlanix exordia, fomitemque præberi, dum publicè quidam disputant atque contendunt.* Difficulus ergo Hæretici acribus & Syllogisticis Disputationibus convinci & ad agnitionem veritatis compelli possunt, quia illis hoc in studiorum genere rarissimè aliquid deest, quo respectu etiam Tertullianus *l. 1. ad Hermog. c. 8.* Philosophos Hæreticorum Patriarchas nominat, sed tunc eo magis, ut lucumbentiæ ignominiam evitent, suam thesin S. Scripturâ & rationibus stabilire quærunt & nullam distinctiunculam, quæ ad Ejus defensionem facit, intermittunt; Nam quod veteres Hæresiarchæ homines fuerint





- doctissimi, probat Jacob. Laurent. *in Dissert. d. Hæret. libr. comburendis*  
 108 f. 88. quod idem de plerisque recentioribus dicere possumus. Si Hære-  
 lis quoque semel firmas in Cordibus Hominum radices egerit, omnium  
 sensus adeò occupat & ceu ignis fatuus Viatorem, cæco zelo in avia sanæ  
 rationis eò abducit, ut fidem etiam rectam & salvificam, ut Hæresin,  
 damnent, Besold. *in Thes. sub. voc. Reher* / è diverso suos crassissimos erro-  
 res pro purissimâ in SS. Bibliis fundatâ veritate venditent. Tanta vis est  
 in veterati erroris; nullum enim unquam genus errorum inter Christia-  
 nos exortum est, quòd ita sit repertum veræ Christiani Religioni adver-  
 sari, ut non affectaverit atque ambiverit Christi nomine gloriari, obser-  
 vante August. *tom. 4. lib. d. fide invisib. & post eum Grot. ad l. 6. C. de*  
 109 *Hæret.* Cujus obtentu demum, quasi omnia stimulante Conscientiâ ad  
 propagandum Regnum DEI agerent, alios ad se allicere satagunt, mul-  
 tos pios superstitionis persuasionibus confundunt, perturbant ac suo Ex-  
 emplo lædunt, Cives eò ipsò factionibus implicant & inter se infestos  
 reddunt, quam rerum faciem certissimus Reipublicæ interitus sequitur,  
 nec Princeps tunc hanc exitialem flammâ, nisi primam scintillam oppri-  
 mat, facile extinguere potest, sed eam movendo plerumq; magis magisq;  
 in suam perniciem excitat & sic serò discit, quàm facile ex bello literario  
 funestissimum bellum civile, quod etiam, gangrænæ instar, vicina Re-  
 110 gna & provincias inficit, exurgere queat. His adductis primariis ratio-  
 nibus, in quarum consideratione Magistratus Civilis descriptas nimias  
 & immoderatas Disputationes de Religione coërcere & prohibere opus  
 habet, adhuc subjungi possent, quæ Dn. Brunn. *ad nostram l. 4. C. d. S. Tri-*  
*nit.* adducit, quia verò in suprâ prolatis & explicatis haud obscurè deli-  
 tescent, actum agere & idem bis, mutatis tantùm verbis ad evitandum  
 tædium, quod Doctis inde moveri solet, proferre, meritò superledeo.  
 111 Propero igitur ad demonstrandum subjectum, quibus scilicet hæ  
 Disputationes prohibendæ sunt; Et invenimus hîc memoratu dignam  
 differentiam Jur. Can. & Civil., quam etiam notat Dn. Rittershus. *d. dif-*  
 112 *fer. Jur. Civ. & Canonici lib. 6. c. ult.* Jus Canon. *c. 2. d. Hæret. in 6to*  
 hanc prohibitionem tantùm ad Laicos restringit, nec concedunt istis  
 Canonistæ disputare de fide, licet personæ doctæ & literatæ sint, quem-  
 admodum videmus ex August. Barbof. *Collect. ad h. c. Azor. Inst. Moral.*  
*p. 1. l. 8. c. 26.* Excepto casu magnæ necessitatis, veluti quando perversio  
 ac corruptio fidelium ab Hæretico metuenda, tunc enim Laico docto cum  
 illo Hæretico disputare non solùm non prohibitum esse, sed illum ad  
 hoc teneri, fatentur. Vid. Barbof. *d. l. Turrian. in tr. d. Fid. q. 11. art. 7.*  
*disp.*



*disp. 50. Soar. d. Fide. Disp. 20. Sect. 1. n. 11.* ne doctorum silentium Hæ-  
 reticos audaciores reddat & populum adstantem in fide & Religione  
 ancipitem confirmet. alleg. Azor. *Instit. Mor. p. 1 l. 8. c. 26. q. 2.* Jus Ci- 113  
 vile autem in præfenti Lege nulli publicè disputare concedit, Sed tam  
 Clericis, quàm Laicis his Disputationibus Pacem publicam turban-  
 tibus peculiare poenas dicat. Quodnam ergò sequendum? Doctores 114  
 communiter statuunt, in Causis Ecclesiasticis & Conscientiarum Jus  
 Civile ultrò cedere & eò casu tam in judiciis Civilibus, quàm Ecclesia-  
 sticis sec. Jus Canonicum pronuciari, docente Hahn. *de diff. Jur. Can.*  
*& Civ. in Exeg. th. 1. Rittersh. d. differ. Jur. Civ. & Canon. in proem.*  
*Auth. Duc. JCeus Britann. in tr. d. author. Jur. Civ. l. 1. c. 7. n. 12.* Car-  
 din. Tusch. *conclus. 397.* Steph. *d. offic. jud. l. 6. c. 1. n. 18.* Secundum  
 quam hypothesein, si generaliter procedat, & impræfentiarum potius  
 dispositio Jur. Can., quàm Constitutio Marciani Imp. amplectenda erit,  
 quia Disputationes de dogmatibus Fidei & Cultu divino ad res Consci-  
 entiaè maximè pertinent. Verum quomodo prædicta Regula ante Re- 115  
 formationem ad stabiliendam autoritatem & præsumptionem Sancti-  
 tatis Romani Pontificis adinventata, etiamnum hodiè penes nos Prote-  
 stantes absque ullâ restrictione proponi possit, rationem non reperio:  
 Nam quamvis certum sit, quod quoque post Reformationem Jus Cano-  
 nicum in certis causis à Protestantibus, propter periculum, quod ex  
 generali Legum mutatione oriri solet, retentum sit, Auth. Duck, *c. l. n.*  
*13.* non aliter tamen id factum, quam quatenus illud receptum &  
 æquitati ac juri divino consentiat. Carpz. *c. 1. l. 2. def. 152.* Reinking,  
*l. 2. cl. 2. c. 7. n. 5.* Limn. *d. jur. publ. l. 3. c. 3. n. 59.* Quare, quoties de 116  
 causa aliqua Conscientiaè quæstio occurrit, primò inquirendum esse sen-  
 tio, an Jus Can. de illa disponens æquitati conveniat & S. Scripruræ non  
 contrarietur, dum in aprico est, antiquum Codicem Canonum Universæ  
 Ecclesiæ in Codicem Canonum Ecclesiæ Romanæ mutatum, multis sup-  
 posititiis Pontificum Romanorum antiquorum Epistolis decretalibus in-  
 terpolatum, & novellis Pontificum constitutionibus, in multis locis Juri  
 divino è diametrò contrariis, ad Sacram Monarchiam & Suppressiorem  
 libertatis Ecclesiarum institutum esse. Dn. Schilter. *d. libert. Eccles. Germ.*  
*l. 2. c. 12. §. 25. add. D. Blondelli Pseudo Isidorus, qui de hac re pluribus.*  
 Examinatâ verò paulò pensiculatiùs Justitiâ *cit. cap. 2. d. Hæret. in 6to* 117  
 (quem librum Sextum Galli, quod multa jura Regni & Ecclesiæ Gallicæ  
 imminueret, nunquam receperunt, Arth. Duck, *c. l. n. 15.* Schilt. *in Inst.*  
*Jur. Can. l. 1. tit. 2. §. 11.*) nil adest, cujus intuitu prohibitio harum di-  
 sputa-



sputationum tantum ad Laicos restringenda esset, quin potius hæc di-  
 spositio Juri Divino adversari videatur. Nam quando de disputationi-  
 bus moderatis, quæ discendi & docendi gratiâ instituuntur sermo est,  
 Laicis in controversias fidei disputando inquirere, nullibi prohibitum,  
 sed potius illis, Scripturas Scrutari, disertis verbis *Deut. 6. v. 8. & Job. 5.*  
*v. 39.* præceptum est, ut taceam, Ipsum Apostolum Paulum *1. Cor. 11.*  
*v. 13.* Corinthios super eo, quod loquitur, judicare jubere. Hanc Thesin  
 118 B. Dn. Danhauer. *in Idea boni disput. & Malie. Sophista Sect. 1. pag. 9.* duo-  
 bus hisce argumentis egregiè suffulcit, 1. Qui possunt in Concilio judica-  
 re & Sententiam dicere, iidem etiam possunt de Controversiis fidei di-  
 sputare: id verò prius Laici possunt, ut patet ex Concilio primo Apo-  
 stol: *Act. 15.* à quo formam acceperunt omnia alia Concilia E. *jung. Dn.*  
*Brunnem. d. Jur. Eccles. l. 1. cap. 2. thes. 25.* Laici aut tenentur om-  
 nia Credere anserinâ simplicitate, quæcunque illis è suggestu propo-  
 nuntur aut aliqua tantum: Si prius: E. tenebuntur etiam falsa & contra-  
 dictoria Credere ac consequenter etiam Credere, se credendo non cre-  
 dere, si id à Pastore proponeretur, quod omnium absurdorum absurdissi-  
 mum: si aliqua solùm? cur proposita Sec. Sacram Scripturam & Analog-  
 iam fidei non ponderare & examinare liceat, quia hoc modò tantum  
 119 videre possumus, quid Credendum vel non sit, quibus autem Judicium  
 de Religione privatum, quod Brunn. *d. Jur. Eccles. l. 1. c. 2. th. 18. judicium*  
*discretionis* vocat, non publicum, quod ad Ecclesiæ Senatuum pertinet, in-  
 120 digito. *vid. Ant. Fabr. d. Relig. regend. in Rep. l. 2. c. 5. n. 80.* Et quid Jctis Lai-  
 cis impedimento sit, quo minùs cum jure Civili jus divinum Conjungant,  
 utpote quorum prudentia juris ab Imp. Justin. *pr. Inst.* expressè rerum  
 divinarum ac humanarum notitia vocatur, nec ii aliquid statuere possunt  
 & debent, quod Sacris literis ullo modo repugnat, quoniam autoritas Cæ-  
 saris ac Pontificis divino juri ceu Regulæ Lesbiæ ac unicæ infallibili nor-  
 121 mæ longè cedit. Mascard. *d. prob. Concl. 191. n. 10.* Ipsi quoq; Saniores Theo-  
 logi jubent ac suadent, quemvis jurisprudentem in omnibus suis actio-  
 nibus, Consiliis, & Meditationibus Theologiæ beneficio progredi debe-  
 re, ne aliàs facilè in AntiChristum Politicum transformetur, quales no-  
 stro ævo ex Classe Jctorum plures prodire, vulgò conquerimur, *vid.*  
 122 Dn. Walth. *in Postill. Theol. Jurid. Polit. in proem.* Itaq; semper lauda-  
 bili conatu laborasse mihi visi sunt, qui Theologiam cum jurisprudentiâ  
 Sociare & Convenientiam Sacræ Scripturæ cum jure humano, quantum  
*quidem materie qualitas admittit,* quæsi verunt, quod tentârunt anti-  
 quus auctor, quem edidit Petrus Pitheus, *in Collat. ll. Mosaicarum & Ro-*

mano-



*manorum*, Conradus Heresbachius in *Epitome Jurisprudentia Christiana*, Wilhelm. Zepperus *d. ll. Mosacus forensib.* Selden. *d. Jure nat. & Gentium juxta disciplinam Hebraeorum*, Joh. Paulus Windeckius in *Theologia Actorum*, qui, quod dissimulandum non est, in diversa Schismatum castra secedens, alias non magnoperè æstimatur, Alstedius in *Encyclopedis*, ut refert Dn. D. Tabor in *Racemat. Crim.* p. 321, sic & compilatores Juris Sax. ad Jus divinum sese præprimis accommodârunt. Finkelthuf. *obs. Pract.* 1. n. 8. & *observ.* 100. n. 2. Sin autem prædictum Canonem de Disputationibus turbulentis, nimis scrupulosis, superbis & mordacibus intelligamus, hæ Clericis omnium eruditorum consensu, eò gravius prohibendæ sunt, quò facilius propter præsumptionem, quam penes plebem pro se habent, erronea dogmata introducere ac communem quietem labefactare valent: secundum deducta supra p. 35. quod nostris temporibus eò magis dubio caret, quia Instrumentum Pacis Cæsar. *Svec. art.* 5. §. 17. textum Juris Civilis sequitur & cuius, composita circa Religionem iterum in dubium vocare, prohibet

Objectum prohibitionis in Lege nostra contentæ sunt Disputationes, quæ Pacem Ecclesiasticâ & Civilem turbare, ipsamq; fidem dubiam & incertam reddere possunt; non attentò, quod Math. Steph. *ad d. i. C. d. S. Trinit.* cum multis aliis, verbis h. Legis paulò strictius inhæreant, & tantùm Disputationes tumultuosas, quæ turbis ad hoc convocatis & concitatis fiunt, hinc prohibitas esse velint, cum in interpretandis Legibus, magis mens Legislatoris, quam nuda verba attendi debeant. *l. 29. ff. d. ll. l. 6. §. 1. d. V. S.* Prætereà inter Politicos expeditum est, quod is, qui ad Clavum Reipublicæ sedet non solum præsens, sed etiam imminens futurum periculum declinare, illique in tempore obvenire prudenter studere debeat. Quam noxiæ autem sint tales publicæ Disputationes de Fide, licet non statim cum tumultu fiant, & quot perniciosos effectus in Republica progignere valeant, in præcedentibus, si rectè auguror, sufficienter demonstravi, & ex unica hac propositione coram Cæsare Vienna Anno 1630. d. 13. Maji. à Legatis Electoris Saxonix explicata, quam Burgoldensis ad Instrum. Pac. p. 1. disc. 18. th. 4. producit, abundè elucet: Diese/dixerunt, weit aussehende und beschwerliche Schrifften/darinn der ewigwährende hochbetheurete Religion Friede in ganz ungleiche zuvor nie erhörte Verständniß und Meinung gezogen / fast alles disputirlich gemacht / ja gleich mit allen Kräfften dahin geielet / daß man die Stände Augspurgischer Confession, wann es nur möglich / desselben gänzlich unfähig machen mögte/haben gleich pro decisione angezogen werden wollen.

F

Nostra



- 126 Nostra Lex est tantum repetitio Constitutionis, quam Imp. Marciani Antecessores in Imperio, Valentin. Theodos. & Arcadius, paulò antea promulgaverant & in Codice Theodosiano l. 16. tit. 4. leg. 2. reperitur, ubi generatim cavent, ut nulli egresso ad publicum vel disceptandi de Religione vel tractandi vel consilii aliquid deferendi pateat occasio &c.
- 127 Eandem mentem Marcianum habuisse, non negabit, qui rationes prohibitionis, quas ipse in Lege expressit, justo oculo aspicit, quarum I. ne ex his Disputationibus perfidia & tumultus occasio oriatur: II. ne injuria fiat Reverendissimo Concilio & Patribus: III. ne per hujusmodi retractiones & certamina fides Christiana prophanetur & quasi deridenda Paganis & Judæis propinetur & IV. quia sic nullus esset certaminum finis, sed dissidium Religionis his altercationibus magis incitaretur,
- 128 quam componeretur. Si quoque in Act. Concilii Chalcedonensis part. 3. n. 3. Ipsum Edictum, ex quo Justinianus Imp. hanc Legem excerpfit, evolvamus & percurramus, omnis scrupulus cessat, ex cujus contextu perspicue apparet, Marcianum neutiquam unice ad Disputationes coadunatis turbis factas respexisse, ita enim inter alia graphicè: *Vere impius & sacrilegus est, qui post tot Sacerdotum sententiam opinioni suae aliquid tractandum relinquit. Extrema quippe dementia est, in medio & perspicuo die commentitium lumen desiderare. Quisquis enim post veritatem repertam ulterius aliquid discutit, mendacium quarit: Quæ omnia ad nullum certum casum restricta sunt.* add. alterum Edictum confirmatorium huj. Concil. penes Binium, d. part. 3. n. 4. pag. 477. Constanti-
- 129 nopoli promulgatum, quod prædicta adhuc magis confirmat. Quare firmam hanc conclusionem vel thesin defendendam proponimus, omnes illas Disputationes de Religione, quæ prædictam nociferam & reprobabilem qualitatem habent, vi hujus Legis, rejiciendas, prohibendas & ex-
- 130 ecrandas esse. Id nonnullis primo aspectu per admodum durum videbitur, quod Autor *suprà memorata Disput. d. jur Statuum circa Sacra anno 1675. Francofurti ad Viadrum sub Præs. Dn. Rhetii habita*, hanc prohibitionem cap. 3. n. 13. etiam ad Disputationes doctrinales, si exinde
- 131 scandala exorirentur, extendit; reverò penitus examinata, Ei calculus nostrum vix denegare possumus, non tam propter unicum ibidem adductum exemplum, quod Dux Brunsvicensis Theologis suis interdixisset, ne controversiam de omnipræsencia Christi corporali quisquam vel affirmativè vel negativè sibi decidendam sumeret, cujus adserti fides penes Autorem stabit, quam potius ob S. Petri Præceptum 1. Epist. v. 4. quod altiora non quærere & fortiora non scrutari, sed, quæ præce-



præcepit DEUS, illa cogitare semper & in pluribus operibus Ejus non curiosi esse debeamus. Quas otiosas & difficiles quæstiones & Disputationes tanquam stultas & impias evitare quoque jubet Apostolus Paulus *ad Tit. 3. v. 9. 1. ad Timoth. 4. v. 7. 2. ad Timoth. 1. v. 23.* Qui contra faciunt, non quærunt hanc scrupulositate DEI Gloriam & ædificationem proximi, sed proprium honorem, adeoque, quemadmodum se ipsos de hæresi facillime suspectos reddunt (sicuti D. Anast. *Tom. 2. d. Incarnat. Dom. c. 9. citante Steph. Natban. d. Justitia vulnerata cap. 9. n. 4. p. 260.* hujusmodi subtilium contentionem ac meditationem Hæreticorum gloriam dixit) ita quoque aliis apertam peccandi & in sectas ac hæreses prolabendi occasionem suppeditant, insimul abominandum scandalum per istiusmodi temerarias speculationes dant in Ecclesia, quod magno studio est removendum, *c. nisi cum pridem X. d. renunciat Petr. Gregor. Tholos. l. 38. Syntag. Jur. Univ. c. 4. n. 4.* Quia id maximè interest Reipubl. & Ecclesiæ, *c. ex literis 14. X. d. Homic. c. tua 4. X. d. Cleric. agrot. c. cum teneamur 6. X. d. prebendis*, quam ob causam etiam multa intermittuntur, quæ absque scandalo fieri nequeunt. *c. 2. X. d. nov. oper. nunc. c. quoniam d. jure patron.* & Salvator noster graviter *Matth. 18. Marc. 9.* dixit, dignus est alium scandalizans, ut molâ a tinariâ suspensâ à collo in mare submergatur. add. *Carpz. Jurispr. Consist. l. 3. tit. 8. def. 97. n. 8.* Quamobrem omnes, qui delectantur hujusmodi captum humanum excedentibus quæstionibus, quas non Legis alicujus necessitas inquirendas præcipit, sed inutilis otii contentio proponit, etiamsi id naturalis cuiusdam exercitii gratia fiat, his ut vel planè abstineant vel intus tamen in animo conclusas retineant, & non facillè ad publicas synodos proferant, neque popularibus auribus aut oculis incircumspectè concedant, jubet Imper. Constant. in Rescript. ad Alex. & Arium, ut ex Eusebio referunt *Cent. Magd. Cent. 4. pag. 626.* Sequamur prudentem Regulam Lutheri, *Tom. 5. p. 166.* Was die Schrift nicht hat / da sollen die Priester nicht darum zanken. delumpta fortè ex Damasceno, qui non est, inquit, audendum aliquid dicere de superessentiali Deitate præter ea, quæ nobis in Scriptura sunt tradita: Contra quod axioma olim Doctores Scholastici valdè peccarunt, subtilissimum Trinitatis Mysterium temerè ad rationis trutinam examinantes & de Hierarchiis atque ordinibus Angelicis prolixè disserentes; Cujus farinae quoque omnes eorum quæstiones Hypotheticæ fuerunt, quibus de impossibilibus casibus diu multumque disputarunt, uti Holderus in mure exenterato, multas ejusmodi ineptias annotavit, quem citat Meisn. *in Philosoph. Sobriâ Sect. 1.*



- 138 c. 6. q. 6. Reg. 1. Hodie hanc censuram notandi sunt omnes illi, qui imper-  
scrutabilem decretorum divinorum abyssum suo ingenio exhaurire &  
sedem & qualitatem beatorum, quam oculus non vidit & auris non  
audivit, *Esa. 64. v. 4. I. Cor. 2. v. 9.* secundum suam imaginationem de-  
scribere satagunt. Quod referenda etiam illa Disputatio, animas exce-  
dentes ex corporibus, neque mortuas esse, neque vivere, sed esse terti-  
um quiddam, cuius meminit Richt. *ax. Eccles. 226.* Multae sane quaestio-  
nes rejiciendae sunt in illud tempus, cum sublato speculo & aenigmate  
videbimus DEUM de facie ad faciem, sicut & Chrysostomi sententia est,  
quod Christianus ad multa optimè respondere possit, DEUS novit, quem  
allegat Dn. D. Hedio *Theol. Argent. apud Gold in Polit. Imp. part. 28. p.*  
*128 f.* Augustinum aliquando quaerenti, quid DEUS ante conditum  
mundum fecisset, respondisse vulgò fertur, praeparasse infernum curiosa  
139 quaerentibus; digna profectò hanc quaestione Responsio. Ad hanc  
classem meritò quoque mittenda petulantia eorum, qui multum sollici-  
ti sunt de die & hora extremi iudicii, quam tamen occultam DEUS esse  
voluit & fore pronuncia vit Christus, *Matth. 24. v. 36. Marc. 13. v. 32.*  
Etenim contra hanc clarissima verba, quae ipsa veritas edixit, quid aliud  
nefariò ausu perpetrant, quam quod nostri Salvatoris doctrinam in-  
fallibilem in dubium trahant & eo ipso Illi implicitè mendacii arguant.  
140 Longè peioris notae adhuc sunt, qui superbiae typho adeò inflati & suae  
prudentiae fiducia occaecati sunt, ut multas blasphemias & abominandas  
quaestiones in aream producant, v. gr. an DEUS sit autor peccati? an Pa-  
nis Eucharisticus, Corpus Christi, deglutiat & per alvum deiciatur?  
quarum plures recensere mens & animus abhorret: Hos copia prae-  
sumptae eruditionis ad inopiam verae Sapientiae reduxit, vel, ut cum Au-  
gustino loquar, loqui volentes de DEI profundo, merfi sunt in profun-  
141 dum. Plerumque autem in ejusmodi nefanda & portentosa Problemata  
incidunt, qui suas theses & hypotheses non tam ex verbo DEI, quam  
syllogisticis argumentationibus, ex principiis Philosophicis, confirmare  
arbitrantur, qui modus probandi tamen in rebus Theologicis non est  
simpliciter necessarius, nonnunquam planè impossibilis, nec semper usi-  
tatus & ab orthodoxis Doctoribus Ecclesiae observatus, sed saepe infru-  
ctuosus & perniciosus repertus est, *docente Dn. Meisn. in Philosoph. Sobria*  
*Sect. 1. c. 6. q. 7.* qui de hac re prudenter disserit & lectionem omnium  
eruditorum & disputatorum meretur, ad d. Ahasv. Fritsch. *not. ad Ant.*  
142 *Fabr. d. Relig. reg. in Republ. l. 2. c. 5. p. 319.* Habemus enim firmiorem  
Sermonem propheticum *2. Petr. 1. v. 19.* qui absque Dialecticâ & Mun-  
danâ



danâ Philosophiâ , articulos fidei sufficienter & indubitanter probat; Hic norma & Canon sit omnium Disputationum Theologicarum. Si <sup>143</sup>  
 quis aliter docet & non acquiescit Sanis Sermonibus Domini nostri Jesu  
 Christi & Ei, quæ secundum pietatem est, doctrinæ: Superbus est, nihil  
 sciens, sed languens circa quæstiones & pugnas verborum: ex quibus o-  
 riuntur Invidiæ, Contentiones, Blasphemix, Suspiciones malæ, Confl-  
 ctationes hominum mente corruptorum & qui veritate privati sunt,  
 existimantium quæstum esse pietatem. Est autem quæstus magnus Pie-  
 tas cum sufficientia: *graviter pro more scribit, electum Christi Organon,*  
 Apostolus Paulus 1. *Corinth. 6. v. 3. seqq.* Quare pius noster Imp. Justi- <sup>144</sup>  
 nian. *Nov. 146. in Epil. et. c. 1.* fugiendam esse monet, eorum Interpre-  
 tum Malitiam, qui Sacras voces quidem legunt & Codicem aperiunt,  
 abscondunt autem ea, quæ in iis dictasunt & contrâ adsumunt extrinse-  
 cûs explicationes, Vocû Vanitates, Scripturâ destitutas & ad perditio-  
 nem Simpliciorum per ipsos excogitatas. Jam olim etiam apud Hebræos <sup>145</sup>  
 cautum fuit, ne scripturarum arcana philosophicis dictionibus enunci-  
 arentur. Ricus 4. *agricult. theorem. 21.* Nam Scripturæ Sacræ dicta  
 non indigent, ut per rationes Philosophicas probentur, sed illis unice  
 propter autoritatem divinam creditur, nec Fides pura & aperta confes-  
 sio strophas & argumenta Syllogistica postulat, quibus communiter à  
 theologico themate ad alium discursum aberramus & transilimus, *conf.*  
 Jacob. *Andræ Colloq. Mompelg. p. 98.* imò sæpè variis principiis confusi  
 & distracti veritatem planè amittimus, ut duæ contrariæ defendantur  
 Hyperbolæ, quarum una veritati non minus adversatur, quam altera.  
 Strigel. *in Dialect. p. 1264.* Richt. *Axiom. Eccl. 95.* & licet Henning. Ar- <sup>146</sup>  
 nixo *Epit. Metaphys. f. 284.* Jacobo Martini 2. *Metaphys. exercit. 4. thes.*  
 1. *seqq.* aliisve largiamur, quod Philosophia rationis lumine ad DEI co-  
 gnitionem elevari possit; Similis tamen est Lunæ, uti hæc humores quidē  
 excitare, non verò concoquere potest, *sic enim Erasm. in Adagiis, Luna*  
*radiis maturescit hortus*, ita illa DEUM quidem cognoscit, haud verò  
 illum præstare valet; Omnesque etiam morales & intellectuales, quas  
 illa promovet, virtutes (per se quidem bonæ,) quando personam DEO  
 non placentem ingrediuntur, foetorem contrahunt, nec, nisi ad Chri-  
 stum referantur, completæ virtutes, sed potiùs Splendida existunt pec-  
 cata; August. *l. 19. d. Civit. Dei c. 15.* Keckerm. *in præcogn. Ethic. fol. 17.*  
 Haud tamen hæc dicendo, Dialecticam & Studium Philosophicum, ut <sup>147</sup>  
 prorsus inutile & indecens vero Theologo, damnamus & contemnimus,  
 sed ad destruendam & repellendam vim adversariorum, quam in diale-  
 cticis





Eticis argumentis quærent, non secus ad detegendas eorum fallacias &  
 captiones *cum cit. Meisn. d. l. & Dn. Dannh. in idea boni Disputatoris &*  
*Malit. Sophista*, omnino utile & necessarium reputamus: disputandum  
 esse, arbitramur, philosophicè, non ut ostendamus Fidem salvificam, sed  
 ut Sophismata Philosophorum solvamus, attamen semper illos simul ad  
 148 unicam Fidei Cynosuram, Sacram Scripturam, ducamus. Multò minus  
 Disputationes, de Causis Religionem concernentibus, planè omittere  
 & negligere suademus & hâc lege demonstrare intendimus, quod Joh.  
 Bodinum *in tr. d. Republ.*, qui à *Thvano ex ingenio aliorum per Anagram-*  
*ma Andius sine Bono vocatur*, statuere dicit laudatus Dannh. *c. l. & Wei-*  
 149 *geliani & Paracelsistæ opinantur*, qui absurdas eorum opiniones ad exa-  
 men vocari ægrè ferre possunt, *referente Dn. Walthero in Postill. Theo-*  
*log. Jurid. ad Dom. 18. post Trin. §. 262.* id enim esset Medicos à curâ Mor-  
 borum lege prohibere & Charybdim vitando in Scyllâ submergi. Dispu-  
 tavit cum Hostibus Veritatis ipse Summus Ecclesiæ Doctor, Salvator  
 noster *Matth. 12. 15. 19. 21. 22.* disputarunt Prophetæ & Apostoli, præ-  
 fertim Paulus *Rom. 3. & 4. Galat. 2. & 3. 1. Corinth. 15.* Disputarunt San-  
 cti Patres in Conciliis & extra Concilia; disputarunt nostræ Confessio-  
 nis antecessores & Præceptores, suisque disputationibus salvificam do-  
 ctrinam stabilierunt & Hæreticorum errores solidè refutarunt, quod te-  
 150 stantur & testabuntur eorum scripta, quamdiu militabit Ecclesia. Pro-  
 pterea in thesi constanter asserendum videtur, Disputationes esse opti-  
 mum Pharmacum adversus Hæreticorum venenum, modò humanis af-  
 151 fectibus non corrumpatur. Quando etiam Hæreticorum Potentia &  
 reformandi Libido crescit, tunc de Controversiis fidei disputare & ad-  
 versariorum objectiones solidis argumentis, non nudis verbis, refutare,  
 ut de Religionis veritate eò certior & in ea constantior fiat Populus, non  
 solum Reipubl. & Ecclesiæ fructuosissimum ac divinæ voluntati consen-  
 taneum, sed & summè necessarium esse judicamus: Quippe hoc præci-  
 puè boni Pastoris est, si lupos circum ovile vagari norint, ut oves suas  
 152 custodiant & quavis ratione gregis pericula defendant. *Job. 20.* Abusus  
 igitur Processus disputatorii tantum, quo in publicis velitationibus &  
 scriptis soli ambitioni & refractariæ cuidam pertinaciæ vanæq; Curiosi-  
 tati intemperanter indulgetur, nec non iracundiæ frena laxantur, omni-  
 bus, quorum ex meliore luto finxit præcordia Titan, improbat: quæ  
 excandescit, quo est immodestior, injuriarum tenacior ac frequen-  
 153 tior, eo nocentior, quo majore conviciandi, damnandi, devovendi, exe-  
 crandi impetu fertur, eo damnosior. Quò autem circa prohibitionem  
 & ap-



& approbationem disputationum quadantenus distinctius procedam, totam Controversiam his conclusionibus absolvam. I. Ipsum verbum DEI rectè explicatum aut articulum fidei, quem indubitato constat 154 esse verum, disputando in dubium vocare, meritò impium & sacrilegum censetur. *vid. sup. pag. 42.* ceu hoc non tantum *Petr. Greg. Tholos. Syntagm. Juris l. 2. c. 2. n. 6.* probè deducit, sed & sana ex verbo DEI revelato informata ratio dicitur, quæ ipsam veritatem & normam fidei, juxta quam errores Hæreticorum convincere debemus, dubiam facere abhorret; qualis enim fides est dubio fundamento? Et 155 quamvis in Academiis hæc in parte discendi causâ multa concedantur, hæc prohibitio disputandi etiam propriè tantum de formali disputatione, quæ ad defensionem fidei tendit, non verò de disputatione materiali, quæ in Scholis ad acuenda & confirmanda ingenia suscipitur, intelligatur, *secundum add. sup. Conf. Aug. Barb. Collect. in c. 2. d. Hæret in 6to. Soard. Fide Disp. 20. Sect. 1. in pr.* Attamen & hinc prospiciendum, ne to- 156 ta Theologia sit Polemica & Studioſa juventus statim in primâ Institutione dividatur atque in partes & factiones abeat, quæ tandem in Ecclesiam & Rempubl. derivantur. *Schook. d. Seditioibus l. 1. c. 42. p. 428.* Sed potius studium veræ pietatis inculcetur, monente *Burgold. ad Instr. Pac. p. 2. disc. 3. th. 6.* Extra verò Scholastica auditoria ab omnibus novitatibus & disputationibus super semel decisis dubiis quæstionibus planè abstinendum; jung *Brun. d. Jur. Eccl. l. 1. c. 3. n. 5.* nam si dogma- 157 tum illecebris DEUS vellet indulgendum esse: cur tam anxie pro Ecclesiæ Concordiâ Christus oravit? *Joh. 17. v. 11. 21. 22. & 23.* Cur discipulos suos ab Hypocritarum cavere insidiis, tam seriò monuit. *Math. 7. v. 15. Joh. 20. v. 8.* quorsum pervulgata illa Apostolorum præcepta de Spiritus communitate, de vinculo Pacis, de scientiæ sensuumq; Concordia: *1. Corinth. 1. v. 10. & seqq. 2. Corinth. 13. v. 11. 1. Theff. 2. Eph. 4. v. 12. 2. Tim. 2. v. 14. 1. Petr. 3. v. 8.* quibus sunt Contraria: doctrinarum varietas *Hebr. 13. v. 9.* contentiones, Scandala, *Rom. 10. 1. Corinth. 11.* Religionum Confusio *Gal. 5. v. 19. & 20.* Logomachix, conflictationes Scholasticæ. *1. Tim. 6. v. 4. & 5.* Et quando aliàs, bone DEUS! 158 esset disputationum & altercationum finis, quem effectum haberet tandem Pax Religiosa, Formula Concordiæ & Instrumentum Pacis Osna-brug; Si omnia seposita & composita recoquere & ex antiquis nova proferre liceret, quod pessimo exemplo ausus est Autor suprâ dicti libri sub 159 Rubricâ, Augustana & AntiAugustana Religio, anno 1684. editi, cujus contenta & malo stomacho recocta dubia, jam olim in tr. deß H. Römischen



ſchen Reichs Augapffel genandt/ adverſus libellum de Compoſitione Pa-  
cis, quem Dilligentes Jcti vel potius Jeſuitæ ediderunt, funditùs refu-  
tata & poſteà per Inſtrum. Pacis prorsùs annullata ſunt, quod non ſolùm  
Univerſi Status Imperii *in Receſſ. Imp. Ratiſb. d. anno 1654.* ſed & moder-  
nus Imp. Inviſtiſſimus corroboravit & ſanctiſſimè in Capitulatione ju-  
160 ratâ fide acceptavit: Hic murus noſter aheneus. II. Non ſemper & ni-  
mis frequenter, tantùm oſtentationis gratiâ, diſputandum eſt: ſed  
quando neceſſitas ad detegendos & convincendos errores Hæretico-  
rum id eſſagitat.

Nam ſervare modum, Laus eſt, nimiumq; movendo  
in dubium trahitur Relligioſa Fides.

*Inquit Durus di Paſcalo in Aul. Polit. aph. 289.* Hinc, quod B. Lutherus  
faſſas & S. Scripturæ ex amuſſi contrarias à Romano Pontifice Introdu-  
ctas & ad tempus toleratas Sententias taxaverit, tantum abeſt, ut impiè  
fecerit, potiùs impiè contra ipſum allegantur leges, quibus improbantur  
& prohibentur diſputationes contra fidem: Non enim fidem, ſed dete-  
ctiõnem à fide extremâ urgente neceſſitate impugnavit. III. Otioſæ,  
161 humanum captum excedentes & Scandaloſæ diſputationes cane &  
angue pejus fugiendæ ſunt, ob cauſas, quas paulò antè produximus,  
quod tamen haud æquè ad difficiles, Captum hominum non exceden-  
tes, extendendum. Meiſn. *in Philoſoph. Sobr. Sect. 1. c. 6. q. 6. Reg. 1;*  
Præprimis ſi textus difficilis ſui vindicationem à falſis gloſſis ab in-  
terprete poſtulet. *Claffen. d. Relig. polit. c. 2. n. 59.* IV. In diſputatio-  
162 nibus alloborandum, ut magis amor erga errantes, quam ullum ſtu-  
dium Captandæ gloriæ ex victoriâ præfulgeat, quod neglexit ſuprà  
notatus Eccius Procancellarius Ingolſtadienſis & Auguſtæ Conciona-  
tor, de cujus diſputandi modo Palavicinus ſup. d. l. ita judicat: ea ve-  
rò ab Eccio fortasſè minùs acerbè confici potuiſſent, quò non tam ho-  
163 ſtiſpiculum inferre, quàm erranti facem præferre videretur. Num  
verò in hoc etiam à noſtris orthodoxis Theologis peccetur, non dicam,  
cùm me non fugiat, illos paſſim docere, quod in Elencho & Polemicis  
tractandis moderatè procedendum & ab omnibus inveſtivis, Scomma-  
tibus, captionibus & irriſionibus abſtinendum ſit. Si quis etiam contra-  
faciat, quid reſpondebit DEO, juſto Judici, de quo Mortalium Sapientis-  
ſimus in proverb. Septem ſunt quæ odit DEUS & octavum, quod abomi-  
natur anima Ejus, eos qui diſcordias alunt inter fratres. Quid Jacobo  
Apoſtolo in Epift: ſuâ Catholicâ c. 1. v. 26. ita admonenti? Si quis videat-  
tur Religioſus eſſe inter vos, non frenans linguam ſuam, ſed ſuum ipſius  
Cor



Cor seducens, hujus vanus est cultus Religiosus : Quid Apostolo Paulo? qui *1. Corinth. 11. v. 16.* dicit: Si quis videtur contentiosus esse, nos talem Conluetudinem non habemus, nec Ecclesia DEI. Verum, eloquar an fileam? Vereor, ne publica scripta contrarium demonstrent, 164  
 quod ex Theologis Theologus Ecclesiae nostrae celeberrimus & fremente invidia magnus, Dn. Joh. Philipp. Spener. *in pras. Postill.* Dn. Arndii, per verba. Ach! wie oft sind die Disputanten selbst Leute ohne Geist und Glauben/mit fleischlicher Weisheit/obwohl aus der Schrift/erfüllet/allerdings aber von Gott nicht gelehret: was ist dann von solchen zu hoffen? wie oft bringt man fremd Feuer in das Heiligthum des HERN / das ist eine fremde Absicht/nicht auf Gottes / sondern eigene Ehre : darüber aber Gott solche Opfer nicht gefallen / sondern seinen Fluch herzu ziehen / daß mit solchen disputiren nichts ausgerichtet wird. Wie oft ist die Behauptung dessen/was man einmal gesetzt/ der Ruhm eines subtilen Verstandes und Schaassinnigkeit und die Überwindung des Gegners/ sie möge geschehen auf was Weise sie wolle/vielmehr die Regel/nach welcher man gehet / als die Untersuchung und Erhaltung der Wahrheit. Dadurch der Widersacher also geärgert wird/daß/ob er wol nicht zu antworten vermag/die erkandte Art / wie man gegen Ihn verfahren / die gespürete fleischliche Affecten eingenommen/Scheltworte und dergleichen Dinge/so nur nach den Menschen schmecken/alle seine sonst verhoffte Bekehrung hindern. Solte man viel bisheriges disputiren recht examiniren/so würde man viel Mängel finden / *2c. & ex JCTis DN. TEXTOR passim in obseru. Pract. d. Eccles. adificatione, conseruatione & gubernatione, Dn. Brunn. d. Fur. Eccles. l. 1. c. 6. membr. 1. §. 5. & Dn. Stryckius in not. ad eundem, conqueruntur: ubi ad §. 27. cit. cap.* Cur non verbis parcimus, injuriam redolentibus? cur de Grammatica & Syntaxi pueriliter sæpè disputamus, ubi honor DEI 165  
 in lite versatur? Cur, etiamsi quis ab adversario injuriis laceffitus sit antea, has ipsi, si Theologi reverà esse volumus, non condonamus, sed retorqueere & ita delictum delicto compensare malumus? more injurias vindicandi à plurimis Jctorum damnato & Theologis penitus indigno: Concilient hæc cum pietatis Legibus, qui volunt & videbunt, annon in omnibus his moderatè & temperanter versari consultius sit. Hactenus Magnif. Dn. Strykius, add. Schönborn l. 7. *Polit. c. 6.* qui propterea paulo acerbius in Pseudo Theologos nostri seculi invehit.

Odit DEUS nimis vehementes impetus  
 Odere Cives : gratior moderatio est,

G

Ita



- 166 Ita Euripides in Oreste : Deinde nonnulli Cordati in Elencho ac refutatione contrariorum opinionum nonnunquam meliorem candorem desiderant, dum quidam in Homiliis ad populum talia dogmata per consequentiam Adversariis affingunt, contra quæ illi tamen protestantur & ab eis abhorrent: Quod enim nobis iniquè fieri querimur, nec aliis facere debemus, nec talis falsa imputatio Deo placere potest, *ceu notat supra cit. Conscientiosus J. C. Brun. d. Jur. Eccl. l. 1. c. 6. membr. 1. th. 5.*
- 167 Perperam obtendunt, qui acerbius loqui amant & mordaci ac aculeato stylo uti in deliciis habent, exemplum B. Dn. Lutheri, quod planè singulare & extraordinarium fuit, totumq; opus reformationis etiam non huic mortali viro, licet Ejus insignes animi & ingenii dotes, etiam ab Adversariis Palavicino l. 1. c. 4. n. 2. & Ludovico Maynburgio in *Historia Lutheranismi* magnè æstimentur, sed Deo Triuno adscribendum est, qui Luthero servo suo tantam autoritatem & admirandam *παρρησίαν* dedit, quàm tunc temporis Ecclesia corrupta poscebat, quemadmodum Ezechieli dixit Dominus c. 3. v. 8. Ecce dedi faciem tuam valentiorum faciebus eorum, ut adamantem & ut filicem dedi faciem tuam; Quorsum Erasmi Roterodami judicium tendit, quod Melancton ad Camerarium Anno 1544. perscripsit: *sed sæpè his diebus cogitavi Erasmi dictum, qui audivit bonos viros causam Reformationis probantes, moderationem verò requirentes, dixit, Ecclesiam his temporibus non mitiorem Medicum meritam esse.* Ipse Lutherus, quod refert Burgold. ad *Instrum. Pac. p. 1. Disc. 1. th. 10.* frequenter dicere solitus est, nisi ego fuisset mordax, Papa fuisset vorax. Sic & Philippus Melancton perpetuò causam Reformationis, à modo tractandi eam, separavit, *recensente & probante*
- 169 Dn. Schilt. d. *Libert. Eccles. Germ. l. 7. c. 1. §. 10.* Agnoscamus hinc vias Domini mirabiles humanisque consiliis & rationibus contrarias: Proinde Lutheri facta quidem propter singularem Dei directionem scandalo nobis esse non debent, tamen ut omnia & singula Ejus, per Pontificiam Bullam irritati & importunis ac absurdis quorundam scriptis ad acerbiorum stylium incitati atque commoti, dicta & scripta exemplum nobis sint, nec necesse, nec consultum est, weil/ veluti in proverbio est, Doctor Luthers Schue nicht einem jeden gerecht sind. In summa perniciose sunt ea problemata omnia, quæ vel in scripturam vel in tranquillitatem Ecclesiæ & Reipublicæ vel in Conscientiam vel rationem propriam impingunt: Hæ enim sunt, quatuor istæ normæ, in singulis Disputationibus & quæstionibus sedulo observandæ, ut, si quæstio mota ab his videatur discedere, actutum rejicienda & non ventilanda sit.
- Obje-



Objecto succedit tandem Finis, quem Imp. Marcianus hanc prohibitionem intendit & ad quem tanquam præfixum scopum jam explicata Constitutio unice collimat; nimirum ut publica non minus Imperii Romani tranquillitas, quam Ecclesie multifariis dissensionibus & altercationibus obscurata & concussa Pax & Securitas restitueretur, tanta teetave conservaretur; id enim tunc temporis maxime præcavendum erat, ne peractio Concilio universalis Chalcedonensi iterum nova dubia resuscitarentur & composita denuo in dubium retraherentur, quò aliquando Status Ecclesiasticus perpetuo tranquillus esse possit. Hic erat scopus 172 & votum Marciani, id quæsi verunt Principes & Status Imperii ad nostra usque tempora & voverunt omnes pii Christiani, sed effectus semper in herba humanis affectibus mortificatus est. Et quid magis optan- 173 dum ac illis, ad quos hujus rei cura pertinet, omnibus velis & remigiis contendendum esset, quam ut, per veram animorum in cœlesti doctrinâ concordiam, SS. Trinitati verus cultus ac honos uniformiter constare posset, juxta præceptum Apost. Petr. Ep. 1. c. 3. v. 8. & Paul. Corinth. 1. v. 10. Hæc enim quasi anima est Ecclesie, ex eo, inquit Christus, cognoscant vos esse discipulos meos, si dilexeritis alter alterum: Hinc & divinus ille primitivæ Ecclesie character, Act. 4. v. 32. *Multitudinis credentium erat cor & anima una.* Verum, cum non absque lacrumis videamus, hætenus incorrigibile contradicendi Cacoëthes & studium vincendi, simul offensos ac iratos inter se animos, vix hæc felicitas in hac extrema perverli mundi senecta, tantaque rerum humanarum fragilitate, sperari potest. *Vent. d. Valent. in Parth. Litig. l. 2. c. 3. n. 15.* Certum etiam est, hoc esse 174 callidissimum Dæmonis artificium, quod, quoties de Pace Ecclesiastica cogitare & pietatem atque veram Christianismi Praxin crescere perspicit, pulverem Scholasticum Disputationum ac controversiarum excitet, quæ quasi Pomum illud Eridos Theologos diffidiis implicant, quo efficit, ut non solum Pax in Ecclesia impediatur, sed & intereâ Religio & verus DEI cultus negligatur & oblitteretur, simul tamen hominibus imprimatur, se hanc vel illam controvertentiùm sententiam amplectentes habere veram Religionem & sic se satis pios & probos existere Christianos, quò modò facile majus comòdum ex ejusmodi Disputationibus, ab Hominibus contentiosis, excitatis, Satanæ Regnum acquirit, quam potuisset obtinere per manifestam vim ac persecutiones, quod non diffitetur Albertus ArchiEpisc. Mogunt. *ad Luth. Tom. 1. Jen. Germ. f. 220. citante & annotante Schilt. in sepè alleg. tr. l. 7. c. 14. §. 14.* cujus candidum ac religiosum Judicium in hac causa, quam *Belold. l. 2. Polit. c. 1. §.*



8. n. 8. difficilem & odiosam nominat, lubentiùs impræsentiarum sequi,  
 175 quàm ipse absque aliorum autoritate hac de re judicare, volui. Hinc &  
 legimus, quod Julianus Apostata, citra dubium Diaboli instinctu, sulce-  
 pto in Christianos inexpiabili odio, nihil aptiùs invenire potuerit,  
 quo graviùs eis noceret, quàm si latam sciscuris viam aperiret, quod  
 ex Ammiano recenset Grot. *d. Jur. Summ. Potest. circa sac. c. 6. n. 9.* &  
*ab August. Epist. 66.* ita describitur, *eò modò putabat Christianorum no-*  
*men posse perire de terris, si unitati Ecclesie, de qua lapsus fuerat, invideret*  
*& sacrilegas dissensiones liberas esse permetteret:* ad quas tamen doctissi-  
 mi, quod dolendum! cum tam magna veræ pietatis jacturâ plerumque  
 proni reperiuntur, quâ de re doctus Thomas à Kempis longè antea  
 conquestus est, quando *l. 1. d. Imitat. Christi cap. 3.* in hæc verba erump-  
 pit. O si tantam adhiberent diligentiam ad extirpanda vitia & virtutes  
 inferendas, sicuti ad movendas quæstiones, non fierent tanta ma-  
 la & scandala in populo! Et B. Dn. Felwinger *Disp. d. Relig. th. 18.* ex An-  
 nalibus Ecclesiasticis observat, seculum contentiosum continuò infe-  
 176 cutum esse seculum Epicuræum. *Cont. Richt. ax. Eccles. 86.* An ve-  
 rò refrenatâ licentiâ contradicendi & disputandi, extinctis etiam am-  
 bitionibus & simulatibus, omnimoda Concordia trium in Imperio Ro-  
 mano receptarum Religionum speranda sit? cujus spem nos Pax  
 Religionis Augustana & Instrumentum Pacis facit, ardua &  
 177 hoc Seculo vexatissima Quæstio est. Dn. D. Huldrici SS. Theologiæ  
 in Academiâ Tigurinâ Professor, *in Dissert. Theolog. Histor. d. Ecclesie*  
*existentia in Papatu cap. 23. §. 3.* sentit, quòd universalis Symphonia  
 circa dogmata & ritus Religionis planè non fit hujus Seculi; oportet e-  
 nim Hæreses & Sectas esse inter fideles, ut, qui probati sunt, manifesten-  
 tur. Et sicut in veteri populo Pseudo prophetæ fuerint, ita quoque inter  
 Christianos novissimis temporibus fore falsos Doctores, per quos via  
 veritatis probrosè traducenda fit. Dn. D. Calovius, Wittenbergenium  
 178 Theologus Celeberrimus *in tr. d. natur. & indol. Pac. Relig. August. §. 58.*  
 respondet: Curentur modò Contraria Contrariis, anathemata Triden-  
 tina cum commentitia Pontificis infallibilitate & Autoritate Hildebran-  
 dicâ, tollantur, ne cogamur credere, quæ ad fidem non pertinent, Scan-  
 data insuper & irritationes removeantur, non impossibilem fore recon-  
 179 ciliationem; non aliter opinatur Dn. Burgoldensis *ad Instr. Pac. p. 2. disc. 3.*  
 Mea hæc est Sententia, dicit, Consilium compositionis, quoad Ponti-  
 ficos, nunquam in effectum deduci posse, quamdiu Papa Hieromonar-  
 chiam suam rigidè, ut hæctenus, ita porro, exercere pergit; Dn. Schilter.  
d. Li.



d. Libert. Eccles. Germ. l. 7. c. 14. §. 18. meliora sperat, videmus, dicit, in  
 Ecclesiis Pontificem adhuc agnoscentibus, veteres tamen errores v. g. 180  
 de indulgentiis & similes, supprimi & præsertim in Conuersione cum  
 ægrotis aut tentatis veterem doctrinam reduci. Certè habet Spiritus S.  
 non minus ac quondam sub tenebris Papalibus adhuc in Ecclesiis omni-  
 um trium Confessionum sua instrumenta, quæ & doctrinâ & moribus  
 & scriptis verum ac solidum Christianismum inculcant: quibus princi-  
 piis, si & reliquorum aut plurimorum animi imbuti essent & Secundum  
 Charitatis Christianæ legem Colloquia instituerentur, animiq; ἐπισκοπῆς  
 κενοδοξία, contradicendi vincendique Libido removerentur, non posset  
 non spontè sequi Unitas & Concordia; pariter meretur lectionem E. 181  
 jusdem Autoris elegans Dialogus inter insignem Theologum & Jctum,  
 quem alleg. tr. sub fin. annexit, ubi hæc quæstio pro & contra pulchrè  
 examinatur, jung. etiam Crisis Generosi Scriptoris, Dn. à Seckendorffs  
 in Teutschen Christen Stat part. 2. c. 15. §. 3. Nec desunt, qui de mediis 182  
 Concordiæ scripsere, ut D. Meyfart. *dis. d. Concilianda Pace inter Eccle-  
 sias per Germaniam Evangelicas*; D. Georg. Calixtus *d. Controvers. Theol.  
 qua inter Lutheranos & Reformatos agitantur, deq; mutua partiū frater-  
 nitate atq; tolerantia*. Joh. Seemann, *qui in eo libro, Methodum Pacem Re-  
 ligionis in Europâ & fidei unitatem consequendi, toti Imperio offert*. præpri-  
 mis ex Reformatorū coetu hanc unionem enixissimè tentavit David Pa-  
 reus *in suo Irenico*, Maximè omnium autem Joh. Duræus, Ecclesiastes Bri- 183  
 tan in movendo Lapide henotico laboravit, cujus Scriptum sub titulo, 184  
*Irenicorum Tractatum Prodrumi*, sequentes, quos in frontispicio tituli  
 profitetur, continent præliminares tractatus: I. d. Pacis Ecclesiasticæ re-  
 moris è medio tollendis II. de Concordiæ Evangelicæ fundamentis suf-  
 ficienter jactis. III. d. reconciliationis religiosæ procurandæ argumen-  
 tis & mediis. IV. de Methodo investigatoriâ ad Controversias omnes  
 sine contradicendi studio & præjudicio pacificè decidendas. Huc referri 195  
 etiam potest Gottofr. Hottonis *Tr. d. Christianâ inter Europæos Evan-  
 gelicos Concordia seu Tolerantia in Charitate stabiliendâ*, Mos. Amyraldi 186  
*disputatio de Secessione ab Ecclesiâ Romana deq; ratione Pacis inter Evan-  
 gelicos in Religionis negotio constituendâ*, & omnes illi, qui nominantur à  
 Goldasto *in Polit. Imp. part. 29. pag. 1301*. Sed de horum Consiliis omni- 187  
 bus, quousque admitti & illæsa conscientia in Praxin deduci vel rejici  
 possint, judicent pii & Cordati Theologi & Jcti, mei instituti non est,  
 his pagellis plura hæc de perplexissimâ re differere, sed meum judicium  
 ad exemplum Palæmonis virgiliani hoc versu suspendo,



Non nostrum inter vos tantos componere lites,  
Nam nos vestigia terrent.

- 188 Experimentiâ enim comprobatum est, multos Celeberrimos viros, ob data ad Concordiam Ecclesiasticam Consilia, malam iniisse gratiam & communiter locô præmii odiosum Syncretistæ nomen meruisse, cum
- 189 tamen inter Consilia ad diffidia circa Religionem componenda pacemque Ecclesiasticam stabiliendam & inter partium Religione dissentientium, *non obstante diffidio*, in Concordiam fraternam & Ecclesiasticam coalitionem, veluti Syncretismus à Dn. D. Petro Haberkorn *in fideli & solidâ contra Syncretism. admonit. in præf.* definitur, magna differentia sit & hæc invicem Salvâ rei veritate & absque vitio partialitatis non confundi possint. *vid. Dn. Brunn. in jur. Eccl. l. 1. c. 6. membr. 1.*
- 190 §. 27. *& ib.* Dn. Stryck. in not. Licet autem Doctores hîc maximoperè dissentiant & omnium consensu hoc Pacis Ecclesiasticæ negotium per admodum sit difficile, imò propè supra omnem spem collocatum, tam discrepantes animos tantumque fervorem, eam Religionem defendendi, quam quisque à teneris imbiberit, ad omnimodam Concordiam revocare & restinguere : meliora tamen speranda & DEUS Ecclesiarum Protector, ardentibus & indefinentibus precibus, ut nos hanc felicitatem videre sinat, adorandus & invocandus est, utpote cui nihil impossibile; ad minimum, quantum in nobis est & veritas permittit, obstacula ulteriorum diffidiorum tollenda & contradicendi disputandique pruritus, *permissâ tamen cujuscung. Religionis, in thesi & quoad articulos positivos, declaranda licentiâ*, ad imitationem Imp. Marciani, pro viribus refrenanda est, quò, si non exasse, tamen aliquantulum & eatenus ad unionem redire liceat, ut simus, quàm hactenus, multò concordiores & sal-
- 191 tem Pace Civili constanter frui possimus. Idem arbitratur Dn. Citel Friedrich von Heerden in der GrundFeste des H. Röm. Reichs p. 3. c. 9. zum wenigsten aber und da etwan aus Gottes gerechten Zorn und Verhängnis / auch der Menschen Ehrgeiz und Hartnäckigkeit dergleichen gängliche Vereinigung nicht mögte zu erhalten seyn / müste doch die Verbitterung derer Gemüther gegen einander und verblendete Studium sectæ suæ, morbus quâvis scabie insanabilior, & quò, qui tenetur, teste Galeno, cæci ac Surdi fieri consueverunt, ausgerottet werden / worbey sonderlich die Weltliche hohe Obrigkeit sich ihrer von GOTT habenden Macht circa Sacra zu gebrauchen / und zumahln darauff ernstlich zu sehen / damit daß unnöthige disputiren / schimpflich behandeln / reden / schelten und verdammen auff denen Tankeln / welches nichts anders / als einen unverföhlichen



lichen Haß und Neid gegen den andern Theil in denen Herzen derer Zuhörer erwecket / auch zu Aufruhr / Krieg und Zerrüttung des ganken gemeinen Wesens Ursach gibt / abgestellt werden möge. Id etiam expresse 192  
*in Recept. Aug. 1555. §.* und nach den 25. cautum est. Wo die Vergleichung durch die Wege des General Concilii, National Versammlung / Colloquien oder Reichshandlungen nicht erfolgen werde / soll alsdann nichts destoweniger dieser Friedstand z. bey Kräften bis zu endlicher **Vergleichung** der Religionen und Glaubens-Sachen stehen bleiben. Cujus bonâ (pe ductus cit. Citel Friedrich von Heerden d. tr. p. 326, dicit, 193  
 es ist kein Zweifel / wann die Verbitterungen nachlassen und die Affecten ( worvor als einen dunckelen Nebel die Wahrheit nicht recht zuersehen und zuerkennen ) beyseit gesetzt werden sollen / es würde sich durch Gottes Hülffe dahin schicken / daß man auch in denen Religions-Stritigkeiten selbst etwas näher zusammen treten dürffte. Vovemus igitur cum illo Pacem, 194  
 tamen absque vulneratione Conscientiæ & periculo salutis æternæ, Pacem veram, quæ talis est, qualem srons promittit, Pacem sine inimicitiiis, in quâ non bellum est involutum, Pacem, quæ non ut adversarios subiciat, sed ut amicos jungat : Hanc Cautionem enim semper adhibendam esse censemus, ut neque præposterò pacis & quietis studiò vel nimio periculorum metu veritatem lædamus & deseramus, neque rursum inscitò & immoderatò Veritatis Zelò aut teneræ nimis Conscientiæ prætextu vel publicam pacem vel privatam quietem perturbemus & impediamus. Adveniat tandem illa tot Voris & Suspiriis expectata dies, quâ, sepositis omnibus diffidiis & Simultatibus, Ephraim & Juda liberè cultum in agro Domini purum, ille orando, hic occando, exerceant & Ephraim non invidet Judæ & Juda non agat hostiliter contra Ephraim; Deus dic Amen.

C A P. III.

*Remedia, quibus his perniciosis Dispp. occuri potest, demonstrans.*

**H**Atenus de publicarum Disputationum circa fidem prohibitione, 1  
 deq; ejus caulis impulsivis, subjecto, objecto & fine prolixè differuimus, simul nobis, si hæ frequentes & acerbæ disputationes removeri possent, de compositione diffidorum circa religionem, dulcem spem fecimus, quò forsitan quoque Johannes Pontifex Rom. in Epistolâ ad Imperatorem Justinianum, quando pacem Ecclesiæ, Religionis unitatem, vocat, respexit, ceu patet ex l. 8. C. de summa Tr. Sed experientiâ edocti 2  
 sumus



sumus, illas hucusque nudis prohibitionibus, in primis generalibus, haud  
 3 impediri potuisse. Proinde pius Christianus ingemit & cum Propheta  
 dicit: Numquid resina non est in Gilead? aut Medicus non est ibi? Qua-  
 re non est obducta cicatrix filiae populi mei? Et omnino merito quaeri-  
 mus, annon praeter solam prohibitionem, aliud efficax remedium adsit,  
 quo hic pestiferus Ecclesiae morbus ac symptoma Politicum curari possit?  
 4 fat sentimus enim vulnera, unde eo ardentius vovemus & avemus reme-  
 dia. Nonnulli haec in parte prorsus frustraneam operam praesagiunt &  
 non minus has disceptationes tollere impossibile esse putant, quam ipsas  
 5 haereses, quas secundum doctrinam Salvatoris nostri, esse oportet, ut fi-  
 deles confirmantur in fide: Nam cujuslibet haeresis proprium est dissen-  
 sio, quam sequitur dogmatum defensio & illorum refutatio ab ortho-  
 doxis, quo ipso haec dissp. adsunt, quae indies majori fervore agitantur &  
 6 difficulter, ex natura ipsius rei, nisi cum ipsa haeresi cessant: hinc mul-  
 tis consilium Gamalielis, Synedri Hierosolymitani assessoris, haud dis-  
 plicet, qui *Act. V, v. 38.* dicit: Discedite ab Hominibus istis & finite il-  
 los: quoniam, si est ex Hominibus consilium hoc aut opus, dissolvetur,  
 si vero ex DEO est, non poteritis dissolvere eos, ne forte & DEO repugna-  
 7 re inveniamini. Quando enim DEUS, ex justo & impervestigabili suo  
 iudicio, fideles suos his dissensionibus tentare & in vera fide confirmare,  
 licet cum Ecclesiae & Reip. turbamento fiat, decrevit, frustra eis huma-  
 nis consiliis obviam ire studemus. *Conf. elegantem locum penes Besoldum,*  
 8 *Diss. de Rep. curanda cap. 6. v. 5.* Quoniam autem hanc fatalem causam,  
 nemo quam ille in caelis novit & nos non raro hoc malum tot multifariis  
 peccatis ipsi in poenam super caput nostrum trahimus, haec dissidia etiam  
 nonnunquam unice ex perversa hominum natura & contradicendi li-  
 bidine exoriuntur, ut praeteream, DEUM quoque hoc medio Magistra-  
 tum civilem probare posse, an Ille divinitus concessio jure circa sacra re-  
 9 ctè usurus & disciplinae Ecclesiasticae debitam curam adhibiturus sit;  
 ideò sanè, in hoc dubio casu, convenientia remedia amplecti & emen-  
 dationem status Ecclesiastici, quantum unquam possibile est, procurare  
 tutius est, caetera committenda DEO. Melius enim est, ut vulgò dicitur,  
 nihil inexpertum relinquere, quam morientem non Curare & adfirma-  
 re aliquid fieri non posse, cum nihil sis molitus, extremae dementiae est.  
 Sunt autem horum remediorum duo genera, unum refertur ad interio-  
 res curas animi, quae consistunt in precibus ac poenitentia: quae cautio.  
 10 nes saepissime sortiuntur inopinatas rerum vicissitudines. Nam certum  
 est, praecipuam causam tot dissensionum & turbarum in Ecclesia esse pec-  
 cata



cata & delicta nostra, ita enim *Jeremias XIII, 22.* quod si dixeris in corde tuo, quare evenerunt mihi hæc? Propter multitudinem iniquitatis tuæ, revelata sunt verecundiora tua, pollutæ sunt plantæ tuæ, dispergam eos quasi stipulam, quæ vento raptatur in deserto. Et regius ille Propheta, *Psal. LXXXI, 2.* Populus meus non obtemperat voci meæ & Israel me despicit: Propterea in vanitate cordium reliqui eos, ut indulgerent consiliis suis. Similiter *Prov. I. v. 29.* hæc notabilia verba legimus: Propterea quod oderant disciplinam & respuebant timorem Domini, quod nihili faciebant iudicium meum & calumniabantur admonitiones meas, ideò vescentur fructibus sensuum suorum: saturabuntur consiliorum suorum epulis & libido desipientium perdet eos. Hunc iratum DEUM verò nullò aliò modò, quàm verâ pœnitentiâ & assiduis precibus flectere & ad mutationem dictatæ pœnæ commovere valemus. Ita enim loquitur Jehovah: Subitò loquor contra gentem & contra regnum, ut evellam & perdam: & conversa gens illa à malo suo, pœnitebo & ego super malo, quod cogitavi, ut facerem Ei. Priusquam etiam hoc saluterum remedium arripimus, pacem nancisci indigni sumus, quia non est pax impiis, *Es. LVII, 21.* Nec unquam nobis felicem consiliorum nostrorù, ad stabiliendam Ecclesiæ harmoniam directorum, eventum polliceri possumus, sed illis Ecclesiæ statum multò deteriorem reddemus. *Richterus ax. Oecon. 84. §. 230.* Qua de re supra citatus pius Archidiaconus Bajocensis *Nicol. de Clemangis in tract. de corrupto Ecclesiæ statu cap. 29.* devotè scribit: Non hoc humanis operibus, non ullâ arte agendum est, altiore planè manum res ista deposcit & necesse est, idem ipse medicus fit, qui vulnus intulit, quia & tam acerbum tam immedicabile vulnus est, ut nullâ operâ aliâ curari valeat. Multa super hac re tractata sunt, multa agitata vel cogitata, multa conscripta, multa consulta, multæ Legationes susceptæ, verùm quò plura miscuimus & moliti sumus, eò res assiduè multiplicatior atque turbatior evasit, DEO labores nostros iridente, imò jugiter irritante, quia nostrâ sine ejus adjumento solertiâ illud ipsius opus explere credimus. Proinde per admodum pulchrè *B. Dn. Brunnemannus de Jur. Eccles. l. 1. c. 6. membr. 6. §. 9.* Preces Christianorum Rationem status nominat, quamdiu enim hanc observant, stant & florent Ecclesia & Respublica: E diverso si illam negligunt & non ad cœlestem opem, sed propria consilia, exterarum gentium fidem, fœdera atque pecuniam respiciunt, si non ad aras & jejunia, sed castra & arma confugiunt, confusiones, turbæ, & tristitia æternæ salutis naufragia sequuntur.

H

Alterum



- 15 Alterum remediorum genus ad gubernationem Ecclesiae externam & disciplinam Ecclesiasticam pertinet, quae, pacato Deo, si Magistratus facit, quid sui officii est, pariter non absque fructu erit, quod tot piorum Regum & Principum exemplis comprobatum est, qui Reformationem Ecclesiae optimo successu instituerunt & tam multas saluberrimas sanctiones ad pacem Ecclesiasticam firmandam promulgarunt, quod inter multas liquet *ex Constit. Elect. Saxon. Tit. vom Ober-Consistorio, verb. Ruhe/ Einigkeit und Fried in Schulen und Kirchen zu erhalten/ die unvermeidliche Nothdurfft erfordert.*
- 16 Inter haec remedia autem primum equidem occupat locum prohibitio, ad quam Marcianus noster & Imperatores Germanici cum Statibus in supra adductis Recept. & Instrumento Pacis confugerunt, in quo ultimo imprimis notabiliter cautum: *Utriusque Religionis Magistratus severe & rigorose prohibeat, ne quisquam publice privatimve concionando, docendo, disputando, scribendo & consulendo Transactionem Passaviensem, Pacem Religiosam, vel hanc praepriis sive Transactionem sive Declarationem, usquam impugnet, dubiam faciat aut assertiones Contrarias inde deducere conetur. &c.*
- 17 Sed tales prohibitiones, maximè si generaliter conceptae sunt, ut communiter fieri assolet, multis subterfugiis subjectae sunt, & propterea, uti
- 18 in praecedentibus monuimus, raro finem suum attingunt: Hinc aliam viam, haud tamen unam, sed multis, pro ratione temporis & loci, harum Disputationum refrenatio tentanda est. Primò cum Scholae sint seminaria Reip, non minima cautio erit, ut Academiis & Gymnasiis Doctores praeficiantur pacis amantes, omni errorum suspicione vacantes, in doctrinam veraces & constantes. *Vid. Elect. Augusti Saxon. Ordnung beyder Universitäten Capitulo von der Theologischen Facultät, & Tit. von dem Ober-Consistorio, Capit. wieweit sich des Synodi Amt / S. Erstlich & seqq. Item Tit. vom Beruff der Kirchen-Diener.* Nam plerumque discipulorum vestigia premunt & cum doctrinam eorum inclinationes & odia assumunt. Porro quanquam Magistratus Orthodoxus illi juri, quod Ecclesia circa Vocationem Ministrorum Ecclesiae inservientium habet, nullò modo derogare debet, diligenter tamen praevidere opus habet, ne ad annunciandum DEI verbum, tales admittantur, qui sunt polypragmones & tam Ecclesiae metuuntur futuri graves, quam Reipubl. molesti. Add. omnino *Dn. Zieglerus de Jur. Maj. Dissert. V. §. 61. & Dn. Conring. de Constit. Episcop. Germ. §. 46.* Effectus docebit, quantum à prudenti selectione ministrorum Ecclesiae dependet.
- 19
- 20

Turpius ejicitur, quam non admittitur hospes,

Deinde,



Deinde, ne Materia litigandi offeratur, quod per novationes contingit, 21.  
 utile fore credimus, si magistratus Doctores, tum in Ecclesia, tum in A-  
 cademiis, adigeret ad certum loquendi modum, qui communi Ecclesiæ  
 consensu receptus, aut Decreto Synodi orthodoxæ adversus errantes  
 sancitus, aut per fidei confessionem ac formulas publicas auctoritatem  
 sanæ doctrinæ nactus est: Si autem quis hanc vel similem bonâ intenti- 22  
 one præscriptam dispositionem negligeret & nihilominus novas peri-  
 culosas phrasas & dogmata proponeret, id Magistratui vel ejus Senatui  
 Ecclesiastico ad justam animadversionem & emendationem denunciand-  
 um, minimè verò permittendū est, ut illum Collegæ aut alii illius con-  
 fessionis Dd. propriâ auctoritate pro hæretico exclamitent, vel aliis du- 23  
 ris & injuriosis verbis refutant. Nam aliquem tanquam hæreticum con-  
 demnare, non in unius vel alterius Pastoris potestate est, sed saltem ad  
 Synodum nationalem vel provincialem aut etiam consistoria pertinet:  
*Conf. Brunn. d. jur. Eccles. l. 3. c. 1. th. 10. & 11.* Ipsi enim Apostoli, qui  
 columina erant Ecclesiæ & divini consilii consortes, de religionis capi-  
 tibus non singuli, sed latis suffragiis universi decreverunt, *Act. XV, 25.*  
*seqq.* Capita verò religionis maximè concernere, an quis pro hæretico 24  
 declarandus sit nec ne, extra omnè dubitationis aleam positum est. Jun-  
 gatur Ant. Faber *de relig. reg. lib. 2. c. 5. n. 75.* Imprimis si inter Theo-  
 logos quosdam controversiæ super quæstione vel phrasi aliquâ exortæ  
 sint, omnibus modis cavendum, ne passim alii huic liti se immisceant, sed  
 judicium suum tantisper suspendant, donec à superioribus Consilium eo-  
 rum requiratur vel tanquam arbitri & Mediatores adhibeantur, nam  
 quis aliàs eorum non erit suspectus judex. Sunt verba laudati Brunn. 25  
*cit. tr. l. 3. c. 1. n. 10.* Non minus ad præposteram controversiarum  
 Theologicarum tractationem moderandam facit Ejusdem consilium  
 quod ex Ejus ore aliquoties se audivisse, Dn. Stryk. *in Not. ad*  
*ejusd. Jus Eccles. lib. 1. c. 6. m. 1. p. 150.* testatur. Scil. non esse ab  
 ullo Principe, cujuscunque sit religionis, permittendum, ut in territo-  
 rio suo scripta polemica typis divulgentur, nisi Autor scripti solenni ca-  
 lumnix juramento constringatur, se non animo captandi gloriam, aut  
 lædendi existimationem adversarii, sed in solius DEI gloriam ac veritatis  
 tutamen hæc consignasse, nec se sententiam adversarii, quæ salvâ pieta-  
 te & veritate tolerari poterat, animo contradicendi aut ex præconcepta  
 opinione, sed conscientia dictante impugnasse. Prætereà huic malo 26  
 optimè occurri posset, si major imposteriorum typographicæ artis cura ha-  
 beretur, nec typographis ullam syllabam typis submittere concedere-  
 tur,



tur, nisi & prius censuræ doctorum virorum, qui speciatim ad hoc officium eligendi, subjecta fuerit, quam censuram hodiè penes nos cum magno Ecclesiæ & Reip. damno rarò institui conqueritur Ahasv. Fritsch. *de Typographis & Bibliopolis cap. 4. Item passim in tractatu de abusu typogr. tollendo.* Cùm tamen hoc remedium inter omnia ferè optimum, antiquissimum & probatissimum sit, quod *Lutherus tom. 3. Oper. Lat. Jen. ad cap. 12. v. 11. Ecclesiast.* indigitat: Ex hoc loco conjicio, scribit, fuisse aliquos ordinatos in populo Israëlítico, quorum officium erat, relegere libros & veras historias, quas digererent in annales Ebræorum, ut sic facerent libris autoritatem & approbarent, qui digni essent lectu. Unde & hoc remediũ publicis Constitutionibus cuiusvis Magistratui in Recessibus Imperii commendatum ac seriò injunctum est, *ut Rec. de A. 1529. §. Darzu sollen 9. It. Rec. de A. 1570. §. 156. zum andern Ord. Polit. Francof. tit. 35. §. 2. Wenn wir nun 2c. Et Recess de An. 1530. §. Nachdem 58. verb. soll weder offentlich noch heimlich gedruckt / oder feil gehabt werden / es sey denn zuvor durch dieselbe Geist- oder weltliche Obrigkeit darzu verordnete verständige Personen besichtiget / des Druckers Nahm und Zunahm / auch die Stadt / worin solches gedruckt / mit nahmentlichen Worten darein gesetzt / 2c. add. Constit. Rudolphi II. Imp. d. anno 1608. quæ extat apud Goldast. Tom. 2. derer Reichs-Sakungen / p. 350. Si ejusmodi improbatæ lectionis libri reperiantur, confiscandi aut carnificis manu concremandi & Autores & Typographi graviter puniendi sunt. l. 3. §. 1. & 3. C. d. S. Trinit. l. 6. in fin. d. Hæret. Nov. 42. c. 1. in fin. D. Weber d. Consistoriis c. 27. Sect. 13.*

Et hæc sunt imprimis remedia præcaventia. Nunc tribus quoque, ut dicitur, verbis annotabimus corrigentia: nam si prædictis Constitutionibus nihil proficiat Magistratus & Ecclesiæ Ministri nihilominus Ecclesiam & Rempubl. turbare pergant, (quod verò, si prædicta remedia amplectantur, vix fieri posse arbitramur) ne sua autoritas vilescat & Ecclesia & Respubl. aliquid detrimenti capiant, salvâ conscientia ad decretorium stylum accedere ac populi seductores, Reipubl. perturbatores & pertinaciter seditiosos, postquam convicti fuerint & inemendabiles deprehendantur, graviter punire & pro qualitate causæ aliquando etiam capitis supplicio afficere justè poterit, quod nec aliàs placidissimi ingenii, Theologus, Philip. Melancton *in Ep. ad Mart. Bucerum diffusetur, quæ est Epist. 63. inter Epist. Theologicas Joh. Schiibelii Anno 1597. impressas, quam fermè integram adducit Dn. Schook. in Tract. de seditionibus lib. 3. cap. ult. pag. 1035.* Exempla quoque prodit antiquitas de Manichæis, Donatistis & Circumcellionibus, qui propter excitatas sedi-



seditiones & tetram flagitiosamque impietatem capitis suppliciiis affecti  
 sunt. Nec minus Anabaptistæ ob perduellionem novarumque rerum  
 molitiones mortis pœnas luerunt. *Const. Imper. Spir. Anno 1529. §.*  
*Nachdem auch fürklich / 6. 2c. Const. Spir. Anno 1544. §. Nachdem auch*  
*die schädliche 74. 2c. Const. Imp. August. Anno 1651. §. Nachdem auch Chur-*  
*Sürsten 87. 2c.* Cautè tamen in hac gravi causa procedendum & præ- 32  
 stat quidlibet causari, priusquam Magistratus ad hoc extremum acce-  
 dat remedium, imprimis hæc capitalis pœna ultra illos, qui ad seditio-  
 nes populum acuunt, & interitum Reipubl. ac veræ Ecclesiæ moliuntur,  
 vel alioquin usque ad extremam scelerum impietatem progrediuntur, 33  
*l. 5. de hæret. & Manich.* haud extendenda est. Etenim quod doctrinæ cau-  
 sa neutiquam ad mortem usque sævire & religionem vi humanam cogere  
 liceat, communis Theologorum nostratium est opinio & optimi quique  
 veteris Ecclesiæ Doctores cum Div. Augustino *lib. 3. contra Crescent.*  
*item Ep. 127. ad Donatum, Africa Proconsulem,* censuerunt. Et quamvis 34  
 Ipse postea nonnullis aliud sensisse visus est, præsertim Franc. Burchard.  
*parte 2. cap. 16. de Avtonomia,* conjecturis tamen opinio illorum niti-  
 tur, quando enim alicubi duritiem laudat Legum Civilium contra  
 Schismaticos (quo nomine Donatistæ, cum quibus ipsi tunc negotium  
 erat, notantur,) id ad omnes hæreticos promiscuè referri non debet, ut  
 ex ipsius epistola *ad Bonif. 50.* patet, ubi primum in genere Donatistas &  
 Circumcelliones non propter hæresin, sed propter iniquitatem & Chri-  
 stianæ unitatis impiam divulsionem, sublatos fuisse scribit, quod & præ-  
 terea *ex l. 12. C. d. Hæret. & Manich.* luculenter videre est. Deinde in  
 specie commemorat ipsorum scelera, præcipuè eorum, pro quibus apud  
 Apringium iudicem intercesserat, qui Episcopo cuidam manus & lin-  
 guam præciderant, Presbyteris eruerant oculos, nonnullos etiam truci-  
 daverant, notante Antonio Fabro *cit. Tract. de Republ. regenda, lib. 2.*  
*c. 5. pag. 266.* Nec Arium teterrimæ Hæreseos damnatum Nicena Syno- 35  
 dus, neque Macedonium Constantinopolitana, neque Nestorium Ephe-  
 sina neque Chalcedonensis Eutychem aut Dioscorum neci tradendos  
 esse judicarunt, veluti ex earum Actis apparet, quod procul dubio fe-  
 cissent, si vel præceptis divinis vel Ecclesiæ moribus id convenire censu-  
 issent: Sic & Imp. Marcianus in Lege nostra illius contemtoribus mi- 36  
 tiores pœnas dicit, scil. si Clericus sit, remotionem à Clericorum Con-  
 sortio, si Miles Cinguli Spoliationem, sine quo eò tempore nemo in Ca- 37  
 stris sine ignominia nota versari poterat: itaque *cingulo exui seu pri-*  
*vati* nihil aliud erat quam dignitate dejici, exponente ita Glosa ex Ac-



- 38 Accursio ad Auth. coll. 2. tit. 7. Nov. 12. c. 1. & pluribus tam ex antiquis Scriptoribus quam aliis Legibus Civilibus notante Magnif. DN. D. SAUBERTO *exacti ingenii & profunda eruditionis Theologo*, *huj. Acad. Profess. & Pastore primario, Patrono & Hospite meo, nunquam absq. nominis ἐπισημασία & recordatione propensi in me favoris nominando, in absolutissimo d. Sacrificiis Tr. c. 9. p. 199.* Præprimis autem illis temporibus expulsi de Urbibus & provinciis valdè usitata, Gottofr. *in not. ad l. 4. C. d. S. Trinit. lit. h.* & fermè Hæreticorum ac aliorum inquietorum Hominum pæna propria, *l. 5. l. 8. C. d. Hæret. & Manich. l. 22. §. f. C. d. falsar. ab Aristotele quoque l. 5. Polit. c. 5.* ad coercendos Demagogos, qui Athenis publicis Disputationibus & Orationibus populū adversus patrios animabant & incendebant, speciatim commendata fuit. Observante Dn. Felwing. *d. Faction. Medicinâ th. 16.* Attamen nonnunquā suspensio ab officio, degradatio, translocatio ab opima ad viliorē Parochiam, Incarceratio, publica revocatio & deprecatio vel mulcta pecuniaria sufficienter scopū, non secus ac priores, assequuntur, de quibus pænis, cum de illis impræsentiarum ex professo agere nostri instituti non sit, vid. Carpz. *Jurisp. Consist. l. 3. t. 9. def. 103. 109. 110. seqq.* & Joh. Gärtner's *Disput. Inaug. de Incarceratione Clericorum cum & sine Carena cap. 1.* Hinc circumstantiæ probè considerandæ sunt, utrum Disputationes Hæreticæ & ad seditionem excitandam directæ sint, an verò aliàs tantum Remp. & Ecclesiam turbant & Magistratui contemptum afferant? secundum quas pæna vel exasperanda vel mitiganda est, ita tamen, ut ad posterius semper in dubio simus proniores. *l. 11. d. penis.* Nec consultum, ut Princeps aliquis solus, vel cum Satrapis suis & Gynæceo hâc de gravi causa decreta ferre & in Legum Ecclesiasticarum transgressores animadvertere audeat, sed in consilium adhibendi sunt viri rerum sacrarum periti, vitæ sanctitate atque incorruptâ Conscientiâ præditi Syrac. *40 v. 1. l. 8. C. d. ll. l. 5. C. d. SS. Ecclesiis*, quemadmodum & Moyles, qui primus inter populum DEI, Regis vices gessit, Jethronis Soceri sui Consilium secutus est, vid. omn. Brunn. *Jus Eccles. l. 2. c. 2. th. 20.* Grot. *d. Jur. Summ. Potest. c. 7. §. 7. sp. 175.* Arnil. *d. Jur. Majest. c. 6. p. 298.* quam ob causam, ut eò tutius procedant, plerique Principes & Status Evangelici, concessam sibi per Pacificationem Religiosam Jurisdictionem Episcopalem, non immediatè, nec per solos Consiliarios politici Regiminis, exercent, sed in Honorem Ministerii Consistoria Ecclesiastica instituerunt, in quibus tam Ecclesiasticæ, quam Politicæ personæ præsent, quibus certâ determinatione, ordine ac modo jurisdictio in Clericos concessa est.
- 39



est : veluti videre est, *ex Ord. Eccl. Elect. Saxon. sub tit. von Immunitäten und Freyheiten der Kirchen-Diener. add. Klock. vol. 1. Cons. 51. Mev. p. 3. Dec. 114.* quamvis id præcisè necessarium non sit. *Casp. Ziegl. ad Prax. Calvol. §. Landsassii Concl. 1. n. 189. Bertram d. Pac. Religios. Concl. 69.* 43  
 Sequuntur tandē Remedia restitutoria, Amnestia & Pax. Quando enim Disputationes de Religione in aperta Bella degenerant, nulla alia convenientiora his supersunt remedia, quibus multis Europæ Regnis & Provinciis, Germaniæ, Bohemiæ, Moraviæ, Poloniæ, Lithuanix & Sabaudix, post publica Religionis causâ exorta certamina, Concordiam restitutam fuisse legimus, penes *Ventur. d. Valent. in Parth. litig. l. 2. c. 3. n. 16. & Bodin. l. 2. d. Republ. c. 5. n. 214.* Nam ante seditionem, uti politè 44  
*Justinus l. 5. ex Trogo* scribit, providentia Magistratus requiritur, in concitata autoritas & vindicta : In sopita discordiarum oblivio. Quibus 45  
 filum abrumpo & hanc Dissertationem Benev. Lect. in judicando dexteritati relinquo, si non omnia ad omnium palatum sunt, id cogitare velint, non ita me frontem posuisse, ut omnibus numeris absolutum de difficillimo hoc & odioso themate tractatū perscribere in animum induxerim, sed tantū brevem Dissertationem Inauguralem elaborare animus fuit, sæpissimè etiam studio manum de Tabula tuli, imprimis me solatur, quod ad hujus materiæ tractationem occasione Legis Civilis pervenerim, quæ dixi, & caularum & temporum notatione, non minus multis limitationibus & restrictionibus temperaverim, ea quæ dura videntur exemplis demonstraverim, illorum verò, quæ dubium habent, rationes indicaverim : Sin nihilominus inconveniens quid adhuc inibi residere videbitur, ad meliorem informationem id corrigere non erubescam.

Gloria in excelsis DEO, in Terra Pax  
 & Hominibus Benevolentia.







I,

**R**elligionis opus tractas? ulciscere fodes,  
ubi labascit illa vitio seculi;  
triste nefas prohibe, PLATZI: Themidosq;  
brabea,  
pubes ovabit diriberier & tibi,

*Nobilissimo DN. DOCTORANDO, ad gloriam patriae  
commodumq; publicum nato, amico veteri ac  
commensali cum primis chako, festinanti cala-  
mo adscrips.*

JOHANNES SAUBERTVS, S. Theol. D.




II.

**I**ραλικῆς χρῆσιν διαλέξεσθ' ἔνθα διδάσκεις,  
ἄχρησιν ἴε ὁμῶς ΠΛΑΖΙΕ δημοσίως.  
Χρῆσις ἔπαμνον ἔχει, ὕβριν ἀχρητεία, ὁπώρασας  
καί σε χάριν τῶν δόξα καὶ εὐλογία.

*Cumo DN. CANDIDATO ex animo gratulaturus  
deprop.*

GEORGIUS REICHARDUS Hammer/D.



III.

**I**ngenii vires nunc exfere, campus  
Honoris  
Namq; patet, PLATZI, sit Themis al-  
ma comes.

*Nobilissimo DN. PLATZIO, Fautori suo, hisce de promeritis  
juris Honoribus ex animo gratulatur*

HENRICUS Lind/D.





00 A 63 68

ULB Halle

3

004 107 217




Retro ✓


WVA











6

PRÆSIDE DIVINA JUSTITIA.  
**JUSTITIAM**

Leg. 4. C. d. S. Trinit.

**NE QUIS PUBLICE DE  
FIDE CATHOLICA CON-  
TENDERE AUDEAT.**

INDULTU

**MAGNIFICI FACTORUM ORDINIS**  
IN

**Celeberrimâ Academiâ Noricâ**

*Ad diem 20. Novembr. ANNO MDCLXXXV.*

PRO

**LICENTIA DOCTORALI**

Solenniter defendet

**JOHANN Gottlob Blas /**  
Budisâ Lusatus.

**Penes Summum Lusatiæ Superioris Tribu-  
nal, quod ibidem est, Advocatus Ordinarius.**



**ALTDORFFI**

**LITERIS SCHÖNNERSTÄDTIANIS.**

